Quadragesimale diui con-
cionatoris Pauli wān docto-
ris sacre theologie in ecclesia
collegiata patauiēsi Nota-
bile et magistrale De preser-
uatione hominis a peccato
per eundem ibidē ad popu
lum predicatum.

Incipit registrum super

xix. sermones sequentes in tractatulo de preseruatōe hominis a peccato. Primo terminoꝝ scd'm materias practicas ⁊ alias magis necessarias p ordinem alphabeti: distinguendo in quemlibet sermonez per litteras alphabeti vt premissum est: ita vt numerus positus ostendat sermonem in quo materia quōd queritur inuenitur ⁊ lr̄a alphabeti vna vel plures locum eiusdez sermonis vel plurium si plures numeri ponunt̄. Naz sepe de vna materia tractatur in diuersis sermonibus Et quantum ad hoc ponitur numerus diuersorum sermonum ⁊ lr̄arum alphabeti vt patebit.

E

F

G

H

Sequit̃ registrũ exemplorũ.

Sermo Primus

Sermones wann de preseruatiōe hominis a peccato. Thema Miserere anime tue placens deo et contine ⁊ congrega cor tuū in sanctitate eius Ecclesia.xxx.

s Ummum studium summa sciētia ē illa qua qs scit se preseruare a peccatis A Nam per hoc homo agnoscit quid facere vel omittere aut q̄liter deo placere debeat: quomodo ei potest illi deesse gratia diuina qui studiū suum ad hoc confert vt preseruetur a peccatis. certe nequaquā. illo eñ modo iuxta verbum thematis homo miseretur anime sue ⁊ placebit deo et ꝑ consequens aniam suam saluat: ymo non solum animā sed ⁊ corpis salutem acquirit Unde Crisꝰ i li. de repa. lapsi dicit. Si animam negligimꝰ nec corpꝰ saluare possumꝰ. nō eñ anima ꝑ corpore sed corpus ꝑ anima factum est: qui ergo qd primū est negligit ⁊ inferius est excolit vtrūqz corrūpit qui vero ordinē seruat et qd primū est colit etiam si negligat qd scdm est: per primi salutez saluabit et secundū. ac si dicere vellet finaliter. qui diligentiam sue studium suū adhibet corpi suo negligendo ea que sūt anie: ille perdit finaliter vtrūqz scz corpus ⁊ animaz. qui vero diligentiā suā conuertit ad ea que sunt ad anie salutem etiam si corpꝰ negligat vtrūqz saluabit finaliter scz aiaz ⁊ corpus. Ideo sapiens non dixit miserere corporis tui: sed miserere anie tue ꝛc. quia in misericordia anime includitur misericordia corpori debita.

Miserere anime tue placens deo ꝛc. vbi supra

Circa hec vba thematis cogitaui aliq̄ dicere que valeant ad preseruatiōz hois a peccato B Nam illa est summa anime misericordia. Sūt aūt q̄tuor vt dicit Uincencius in spc. morali li. iij. par. j. dis. j. que non modicū suffragant ad preseruanduz

hoīem a pctō: q̄ si hō iugiter hr̄et p̄ oculis nūquā assentiret pctis: sed toto conatu fugeret pctm̄ vt venenū mortiferꝫ ¶ Et sunt hec quatuoꝛ infra notata ex q̇bus finaliter depēdebit tractatulꝰ iste in sermonibus sub scriptis collectus

Quatuoꝛ vtilia ad p̄ſuād a pec
- Ratōnalis aīe dignitas siue ꝯditō generosa
- Eiusdē rōnal' aīe discussio siue circūspectio
- In pugna defensio suipiꝰ ṽtuosa seriosa
- Diuini verbi imentio studiosa.

Primū igit̄ multū valēs ad p̄ſuandū hoīeꝫ a pctō est rōnalis aīe dignitas ⁊ ꝯditō generosa. Nā si q̇s diligēter inspiceret aīe dignitatē qn̄cūqꝫ de pctō tēptaret̄ nullatenus pctō assentiret. Hec aūt aīe dignitas principalit̄ ꝯsistit in tribꝰ ¶ Prīo q2 hāc deꝰ sup alias creaturas nobilē fecit et cū maioꝛi deliberatōe creauit: q̄si delibērādo dicēs. Faciamꝰ hominē ad ymaginē et silitudinem nr̄am. Gen̄. j. Ecce ad ymaginē ⁊ silitudinē nr̄aꝫ dicit. i. pr̄is filij ⁊ spūſcti non dicit ad ymaginē angloꝝ. eadem ṽtute. i. iusticia originali siue naturali oꝛnauit vsum ratōnis ⁊ arbitriū libertatis dedit vt ad quid vellet volūtateꝫ suā ꝯuertere posset: dedit ⁊ illi fastigiū inferioꝝ: intellectꝰ cacumen ⁊ discernēdi facultatē: legis natr̄alis ⁊ scripte sciam: spūſſancti gratiam: ⁊ angeloꝝ societatem.

Scdō q2 beatissima trinitas aīam sibi elegit in habitaculū. Pater in filiā: filius in spōsam: ⁊ spūſſanctus sibi eam ꝯsecrauit in templū: vt patꝫ in m̄ltis locis ve. ⁊ no. testa. De primo Johan. j. Dedit eis potestatem filios dei fieri his q̄ credunt in nomine eius. De scdō q2 inter xp̄m hoīem ⁊ quālibet aīam fidelē est q̇ddaꝫ matrimoniū spūale: scdm̄ illud ad Ephes̄. v. Sacr̄m hoc magnum est. Dico aūt in xp̄o et ecc̄ia. De tercio dicit apl's j. ad Coꝝ. 3. Tēplū dei estis vos ⁊ spūs dei hit̄at in vob: habitat aūt specialiter deus per gr̄am in homie. s̄m aīaꝫ

nō ſm corpus:licet vbiqȝ ſit p eſſentiā:pſentiā:⁊ potētiā vt patet p mgr̄m diſt.xxxvij pri. Tercio qa pa aīa filius dei in mundū venit:carnem paſſibilē ⁊ mortalē aſſūpſit. euāgelica documēta pꝓpoſuit:ſctitatis exempla prebuit ſacra inſtituit mirabilia opa oſtēdit:p eius redemptione i numera mala ſuſtinuit:ſanguinem ſuū fudit:mortē ptulit p hac liberāda ad iferos deſcēdit:p illius ſpe ꝯfortāda ꝓpria virtute a morte ſurrexit:p hac docēda ⁊ ad amorem ſuū inflāmāda ſpūmſanctum miſit p hac reuocāda ab erroribus ⁊ ad veritatē fidei reducenda diſcipulos ſuos p vniuerſum orbem diſpſit:eoſqȝ in numeris tormētoꝝ ⁊ mortis generibus expoſuit. Pro hac exaltanda eclos aſcēdit ⁊ regnum eterne beatitudinis ei preparauit. Ecce quanta ꝓpter animaȝ deus pater:deus filius:⁊ deus ſpūſſanctus fecit:q̄nte ergo ipſa eſt nobilitatis et dignitatis:quis poteſt ad plenum exprimere. Nec ſi qs attēderet :nō vtiqȝ ipam vilipenderet nec p viliſſimo pcti ꝯmercio cam venalē dyabolo traderet :nec vllo mō leoni viliſſimo turpiſſimo et crudeliſſimo eam ꝓſtitueret. Vñ hāc anīe dignitatē ꝯſiderās. Bern̄.in medita.ſuis dicit. Totus ſiqdeȝ mūdus ad vnius anie preciū eſtimari non poteſt p qua xpi ſanguis effuſus eſt ⁊ q̄ nō niſi xpi ſanguine redemi potuit. D E cōtra ſi qs diligēter attenderet vilitatē pcti:ꝙ vilē ⁊ miſerā q̄m fedā ⁊ fetidā:q̄m deformē ⁊ abhoiabilem deo ⁊ āgelis eius ſctis reddat aīam peccatricē:quot ⁊ q̄nta mala ꝓueniāt anie p pctm̄:nullo mō ⁊ nulla rōne peccaret Nā pctm̄ aiaȝ puat oībus bonis ſuis meritorijs vite eīne imo omni merito chriſti dn̄i ⁊ totius militantis eccleſie: ſaltem peccatū mortale Vñ peccatum mortale corrumpit naturā anīe q̄ntuȝ ad bonum:maclāt eam:obligat eā eternis penis :maxima ei infert dāna. Nam ſi pctm̄ non eſſet nihil eſſe poſſet qđ homini obeſſet ymmo ſi pctm̄ nō eſſet ſingl'a homi ꝓdeſſet

siue ꝓspera siue aduersa tn̄ ꝺ
malicia pcti mortalis intēdo
deo auxiliāte facere vnū vel
plures sermões: futuris tpi-
bus. Hec itaqꝫ de primo vi-
delicet dignitate rōnalis aie
qꝺ valet ad ꝓ̄suandū hoiem
a pctō. O deus quot sunt
ymo q̄si innumeri q̄ corpus
suuꝫ ⁊ res tpales siue vilem
gl̄am mōi longe nobiliorem
estimāt ꝙ aiam suā tam dig
nam. Unde ꝓ corpē sepe et
tpalibus grauissima sustinēt
tormenta ⁊ ꝓ vili gloria vbi
pro aia vix sustinere possent
vt ad modicū tpus se retra-
herēt a voluptate ⁊ gl̄ia ter
rena Si in particl'ari illos e
numurare vellem⁹ q̄s ē q̄ so
lum singl'os hoim stat⁹ enu-
merare possit sic errantium
tacco de singl'is ꝑsonis: po-
nam⁹ in exēplū nobiles ⁊ cli
entes q̄ ex eo solo ne dicat̄
ꝙ fuerit dn̄o ifideles ⁊c. ab-
hoiabilia ꝑpetrāt mala ⁊ gra
ues sustinēt penas sepe cor-
poris ⁊c. Jōo dr̄ ang⁹ i quo
dā ſmōe. Quid est qꝺ velis
hr̄e malum: dices mihi nihil
omnino: nō vxorē: nō filiū: n̄
filiā nō ꝑuū: nō ancillā: nō tn̄

nicā postremo n̄ caligā: ⁊ tu
vis hr̄e vitā malā rogo te ꝑ
pōe aiaꝫ tuā calige tue E
Scōm qꝺ mltū vꝫ ad ꝓ̄ ſuā-
dū hoieꝫ a pctō ē seriosa sui-
ipsi⁹ circūspectō: si enim hō
semetipm sine dissilatiōe di-
ligēter discuteret et oēs sue
aie latebras oēs sensus suos
tā iteriores q̄m extriores so
licite visitarꝫ nūquā peccarꝫ
Qualit̄ āt hoc fieri dēat: do
cet bea. ber̄n. ad fr̄es de mō
te dei dicēs. Mane ꝓ̄terite
noctis fac a te metipo exac-
tōem ⁊ vēture diei tu tibi in
dicito canōꝫ Uespe. i. sero ꝓ̄
terite diei rōꝫ exige ⁊ supue
niētis noctis tibi fac iditōeꝫ
⁊ p⁹ pauca subiūgit vt si qꝺ
fuit intmissuꝫ: si qꝺ neglectū
si qꝺ impfectū: suo loco: suo
mō: suo tpe: nō maeat ipuni
tuꝫ vl' icōpēsatū: quāuis aūt
sic quotidie seipm circūspicē
⁊ discutere sit valde vtile: sa-
lubre ⁊ ꝯsulendū cuilibꝫ fide
li: imo qui hec faceret spare
hꝫ ⁊ firmit̄ de dō ꝯfidē ꝙ non
ꝑmittat eū mala morte itire
siue in peccatis mortalibus
vitaꝫ finire quin etiam si nō
si confessus decederet ꝑ sola

contritionem siue peccatoꝝ suoꝝ detestationez deus sibi omnia peccata dimitteret. lat tamē nō est preceptū vt quilibet quottidie hoc faciat sb pena mortalis peccati:sȝ nullus a tali discussione se bene poterit excusare die dñica ⁊ in maioribus festiuitatibꝰ ex hoc precepto sabbata sanctifices:quia ex tali obligatur tūc deum diligere super oia. Ut dicit Scotus dis.xxxvij. xxxij.sen.quō autez diligere valeat peccator mortal' sine discussione tali suiipsiꝰ.non bñ itelligo ¶ Ex hoc pȝ ꝙ summe neccessariū est hoi discutere seipm ꝓ tpe ad sensum premissum . vnde cum tota vita hois sit temptatio ꝫm illud Job vij.Milicia est vita hominis super terram Alia lr̄a habet temptatio est ⁊c̄.expedit omo vt homo le custodiat ⁊ defendat iuxta p̄missa verba Bern̄.sicut patet in sequentibꝰ sermonibꝰ Rursus quia nō solum ab extrinseco.i.a temptatione hostili generat̄ in nobis peccatum:imo etiā a nobis ipsis idest a corruptione nr̄a intrinseca ⁊ nosipsi frequenter damus hostibꝰ occasionez temptandi ideo summe neccessaria est nobis circūspecta nr̄a custodia Exemplū .Sicut enī qñ abbates decani priores in monasterijs omni die circūeunt ꝑscrutantur ⁊ visitant oīes officinas ⁊ omia latibula ne fiat in eis aliquid inordinatū:vel ne lateat aliquid inhonestū taȝ diu regularis disciplina seruatur:qñ vero ꝑlati negligunt vel contemnunt discutere vel corrigere tunc perit regularis obseruancia disci.⁊ reli.honestas.Simili mō si mgr̄ pueroꝛum in scolis aut parentes negligunt corrigere excessus ⁊ defectus discipuloꝝ ⁊ filiorum tunc in eis crescūt pc̄ta Namfacilitas venie p̄bet incentiuū delinquēdi.Sic etiā est in aīa ꝙ qñ semetipsaȝ discutit ꝑscrutat̄ ⁊ visitat omia latibula cordis sui ⁊ oēs sensus suos ⁊ siqd inordinatū inuenerit statim corrigit:tunc ordinata sunt oīa.nec potest ibi latere vel manere aliquid inhonestū. Ideo dicit in ps. xviij.Anima mea in manibꝰ

incis sp ꝛ legem tuã nõ sum oblitus: q̃si diceret ꝓpheta si hõ diligenter discutit animã sue conscienciã suã: tunc nõ obliuiscetur legẽ dei: ꝛ sic nõ peccabit: si vero peccatũ ad missum iuenerit: illud ibi manere vel morari non ꝑmittet Debet ergo homo diligẽter inspicere ne sit in ei⁹ corde aliquã mala cogitatio: aut in lingua iordinata locutio: aut in sensib⁹ viciosa delectatio hec ei faciẽdo seriose seipm̃ discutit ꝛ circũspicit: et ꝑ cõsequens a peccato seruabit. vt s̃. Attamẽ de custodia cordis, oris: et sensuũ posterius in alijs sermonibus patebit.

S Tercium qd̃ multũ valet ad ꝓseruandum hoiem a peccato est suiipius defensio virtuosa: q̃a dyabol⁹ multipliciter nos impugnat: idõ neccessariũ est ꝙ hõ resistat fortiter: ꝛ viriliter se defẽdat qd̃ non potest facere nisi habeat arma virtutũ: ꝓpter qd̃ dicit Aplũs ad ephe. vj. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias dyaboli. Ista sunt vtiq3 arma fortissima dicente boecio. j. de ꝯso. phĩc. Talia tibi contuleram⁹ arma: q̃ nisi prior abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. Qui huius modi arma portat diuina virtute ꝓtegitur cui principalit̃ innititur: q2 ipse ĩ deo est et deus in eo. Non est ergo mirum: si fortiter pugnat ꝛ viriliter opatur q̃ diuina virtute pugnat ꝛ opat̃: sicut fecerũt sãcti pr̃es indeserto Anthonius ꝛ alij. Talem vtiq3 q̃m diu stat cum deo ꝛ in deo nõ potest dyabolus vincere nec audet inuadere: sicut nec lupus ouem q̃m diu stat iuxta pastorem. Vñ nõ est qui audeat homini nocere vel cum ledere vl' tangere ꝙ diu stat iuxta regem. Ita puer dũ videt ꝙ aliquis velit eum verberare cito currit ad matrez ꝛ se sub alis ei⁹ custodit. Ita q̃mdiu vult homo stare cum deo non potest eum dyabolus impugnare: Scd̃m illud. j. johãnis. iij. Omnis q̃ manet in deo nõ peccat. Sic ergo patet ꝙ virtutes sunt arma nr̃a: quibus pugnam⁹ cõtra diabolum ꝛ eũ vincimus Pugnamus eñi ꝑ fidem ve

re credēdo q deus non dere
linquit in se sperātes finalit
Et q dyabolus nullā habet
potentiam ad nos temptan-
dum nisi deus sibi permittat
Sicut.b.Anthoni⁹ dū multi
venirent demones et cū ver
berarent dixit si alicui⁹ potē
tie essetis sufficeret vnus ad
pugnandū ꝯtra me:sed quia
nulla vobis est facultas vin-
cere me conamini ꝑ multitu
dinem:qd tū facere nō pote
stis.Ita ꝑ spem et caritatē ꝛ
alias virtutes morales acq̇si
tas ꝛ infusas pugnare possu
mus de.quib⁹ latius dicaꝫ in
sequētib⁹ Quartū qd mul
tum valet ad ꝓseruandū ho-
minez a peccato ē diuini ver
bi intentio studiosa Multū
eñi efficax est dei verbuꝫ:qd
siue sit cogitatū interius siue
ꝓlatū exterius:siue celeriter
inspiratum:dū modo reuerē
ter est susceptum:memoriter
obsꝫuatū ꝛ fideliter opi mā-
cipatum ꝓseruat hoīeꝫ effica
citer a pc̄to.Hoc exptus di-
cebat ps̄:In corde meo ab-
scondi elsquia tua vt nō pec
cem tibi ps̄.j.j⁹.Pro quo ē
notandū q verbū dei diligē-
ter est audiendū:deuote susci
piendū:ꝛ memoriter retinē-
dum:sollicite custodiendū et
fideliter exequendū.Et hoc
multiplici ratiōe fit̄ pꝫ infra

Verbū dei su-
scipiendum

- Propter ei⁹ eximiā dignitatē q̄ originalit̄ deriuat̄ a verbo increato.
- Propter ei⁹ ꝓciositatē
- Propter eius sanctitateꝫ
- Propter eius multiplicem vtilitatem.

Primo ꝓpter eius exi-
miam dignitatē quia origina
liter deriuatur a verbo icrea
to ſm illud Eccle.j.Fons sa
pientie verbū dei in excelsis
. Attende cū quanta re-
uerentia auditur verbum ali
cui⁹ principis:Sicut dicitur
Ecclesia.xiij.Diues locut⁹
est et omnes tacuerūt:ꝛ ver
bum illius vsqꝫ ad nubes per
ducent Quanto magis quā-
do nobis loquitur deus:ver
bum eius debemus reueren
ter audire.retinere medulli
ter:ꝛ inuiolabiliter obserua
re.ideo commendat Aposto
lus Thessalo.aliquos.j.Ad
Thessa.ij.dicens.Grās agi
mus deo sine intermissione:

qm̄ cuꝫ accepissetis a nobis
verbū auditus dei accepistis
illud non vt verbū hoim:sed
sicut vere est v̄bū dei q̇ opat̃
in vobis Scd̄o ꝓpter eius
p̄ciositatē.attende q̄m sollici
te custodiat̃ thesaurꝰ:ꝛ quā-
to p̄ciosioꝛ tanto vigilantius
custodit̃.Uerbū autē dei est
thesaurus infinitus:quo qui
vsi sunt participes facti sunt
amicicie dei.Pro quo ē ad
uertendū exemplū familiare
Qui cm̄ thesaurū tp̄alēꝫ dn̄i
sui custodiunt:si illo vtuntur
aut ex illo amicos acquirunt
fures sūt ꝛ infideles dn̄o suo
ꝛ dn̄m suum damnificāt:nec
illo pn̄t vti vl' amicos sibi ac
quirere sine dn̄i sui damno.
Nō sic aūt est de isto thesau
ro verbi dei:quia quāto plus
thesauro isto vsus fueris q̄n
to in plures eum dispſeris ꝛ
amicos inde acquisieris tan
to maiorem dei amiciciaꝫ ob
tinebis.Nec mirū quia infi-
nitus est ille thesaurꝰ homi-
nibus non deo.i.ad vtilitatē
nō dei sed hominū taꝫ ip̄ius
cui conseruandꝰ cōmittitur.
q̄m illoꝝ hominū quibus cō
municat̃ ibi J X Nota ꝙ
religiosi libenter thesauros
magnoꝝ hominū in deposi-
tum recipiunt:scientes quia
vbi est thesaurus tuus ibi est
ꝛ coꝛ tuuꝫ Mathei vj.Ita
nos thesaurū sapiēcie dei li-
bent̃ custodire debemꝰ vt eꝰ
ꝛ multoꝝ amiciciaꝫ acquira
mus. Tercio ꝓpter eius
sanctitatem.Nota si sudoꝛē
qui fluxit de coꝛpoꝛe xp̄i vel
lacrimam de oculo vel stillā
sanguinis de quocūqꝫ mem
bꝛo possemus habere cū ma
gna reuerencia haberemus:
quanto magis verbum qḋ de
coꝛdis eiꝰ intimis emanauit
Vn̄ ps̄.Eructauit coꝛ meū
verbum bonū ꝛc̄.p̄sᵒ.xliiij.
Hoc inquam verbum de dei
coꝛpoꝛe ꝓductum:ꝑ legē.ꝓ-
phetas ꝛ apostolos nob̄ mis
sum imo ꝑ ip̄m dei filiū:ver
bum scꝫ carnem factū:nobis
audibilem.visibilem.verbalē
ꝓpinatum:vt saltim verbum
eius cōtemnere nō possemꝰ
ƀm illud p̄s.Misit verbum
suum ꝛ sanauit eos Igitur a
quocūqꝫ ꝓferatur verbū dei
non est attendendū a quo:sꝫ
cuiꝰ Vn̄ Math.x Nō vos
estis qui loquimini sed sp̄us

patris vr̄i qui loquitur in vo
bis Quarto ꝓpter eiꝰ mul
tiplicem vtilitatem. Sane in
numera sūt bona qui verbuz
dei facit in aīma. Unde Sa
piencie vij. Uenerunt mihi
omnia bona pariter cuz illa.
scz sapia. innumerabilis ho-
nestas ꝑ manus illius zc̄. ꝓ-
pterea di. Augu. Et habetur
v̄ba. j. q. j. Interrogo. ꝙ ver-
bum dei nō minus est q̄ cor
pus xp̄i z ꝙ non minus reus
est qui verbū dei negligēter
audit: q̄ qui sua negligencia
corpꝰ xp̄i i terram cadere ꝑ
mittit. In sequentibꝰ tñ de-
clarabūtur plures vtilitates
verbi dei. Sic ergo habetis
q̄tuor vtilia ad preseruanduz
hominē a peccato vel ad re-
surgēdum a peccatis: si quis
est in peccato mortali: videli
cet aīme rationalis dignitas
eiusdē anime suiip̄us diligēs
discussio impugna defensio.
z verbi dei diligens attentio
Hec igitur attendendo vere
quis miseret̄ anime sue pla-
cens deo. qd̄ nobis pstare di
gnetur pater fi. z spiritussā.

Omni custodia serua cor
tuum: qm̄ ex ipso vita proce
dit. Prouer. iiij.

Sermo Secundus

Uā necesse sit ho
mini bñ custodire
cor suū ne ex ipso
mors. anīc procedat bene te
statur dn̄s in euāgelio dicēs
Mathei xij. Ex corde ex-
eunt cogitationes male fur-
ta homicidia adulteria zc̄.
Et sapiens dicit. Peruerse
cogitatiōes separant a deo
Sapie. j. Ideo nunc postq̄m
in genere dixi de his qui pre
seruant hominum a peccato
videlicet de dignitate ratio-
nalis aīe de suiip̄iꝰ discussiōe
in temptatiōe defenssione z
diligenti verbi dei auditione
z meditatiōe Cogitaui i par
ticulari ꝓseq̄ ea q̄bꝰ hō se ꝑ
seruare vel resurgere a pctīs
possit. Et qz sicut cor est pri
cipium vite naturalis ita est
et principium vite vl' mortis
moralis Ideo primum de cu
stodia cordis cogitaui nunc
sermonem facere tangendo
multiplicia genera cogitatiō
num cordis nociua a quibus
se hō in corde custodire debz
ne ꝓgrediantur vsqz ad con
sensum verum vel interp̄ta-

tiuū peccati mortalis. iuxta verba thematis Omi custodia serua cor tuū Ex quo omne peccatū in voluntate ꝓcedit ex inordinata cogitatione tanquā ex radice: quia nihil volitū nisi cognitū voluntas eīm de se est ceca ⁊ nō fertur in incognitū. sed in id potius qd per rationē est dictatū aut cogitatū. ideo necesse est scire qualiter homo custodire debeat cor suū: ne ex cogitatiōe perducatur in peccatum. Ad cuius euidentiam est. Notādū ꝙ tria sūt genera cogitationū ꝺm vincenciū in speculo morali li. iij. para. j. di. ij. vt patebit infra

Cogitationum alie sunt
Utiles ⁊ fructuose.
Uolubiles ⁊ ociose
Culpabiles ⁊ viciose.

Cogitatiōes vtiles ⁊ fructuose sunt: qñ ex voluntate ⁊ ꝓposito homo versatur in eis in honorem dei: ⁊ ad vtilitatē aīe sue vel proximi sui. De cogitationib⁹ que fiunt ad honorē dei dicit̄. j. Re. ij. Deus scientiarū dn̄us ⁊ ipi preparant̄ cogitatiōes tales sunt cogitationes quib⁹ hō cogitat dei beneficia sibi et alijs impensa: siue cogitationes quib⁹ modis homo possit deo fuire et placere. Uñ [illegible] Omē temp' [illegible] quō [illegible] de deo nō cogitas hoc [illegible] ta perdidisse. De cogitationib⁹ aūt que fiunt ad vtilitatem anime dicitur. Jsaie xxxviij. recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīme mee: tales sunt cogitationes quib⁹ homo cogitat de peccatis suis quibus deū offendit ad detestanduȝ ⁊ confitendū ea. Sed cogitationes que fiunt ad vtilitatem ꝓximi: sūt tales quibus homo cogitat qualiter ꝓximo consulat vt bona faciat aut mala deuitet vel quibus homo consulit ꝓximo. ad releuādum euȝ ī damnis corporis aut rerum [illegible] temporaliū ⁊c̄ sicut de his dicitur prouerbiorū viij Ego sapiētia habito in consilio eruditis intersum cogitationibus. B Ex his patȝ quomō cogitatiōes vtiles fructuose ⁊ bone sunt

in triplici differentia videli-
cet ad honorem dei. vtilitate
aie sue aut pximi sui. Sed
diceres sunt ne cogitatiões
male etiā qñqз fructuose. qñ
viriliter et cito eis resistitur
etiam qñcunqз male sunt.
ymmo nō possunt esse a deo
male ꝛ enormes siue horribi
les: quin sint homini habēti
eas fructuose ꝛ vtiles si stati
eis resistit. i. si non acceptat
eas cuз beneplacito vel non
delectat̄ in eis. sed statim se
opponit ꝛ detestat̄ eas neqз
nocēt etiaз si cencies aut mil
lesies in vna hora redirent
Unde Greg. Cogitatio cui
non consentitur non est ma
la sed materia exercende vir
tutis. De his plura dicaз cū
predicauero de temptatione
Uñ in vitaspatrū. Quidam
senex cuidā interroganti de
cogitatiōibus malis respon-
dit Mortuos ne timeas. sз
viuentes fuge. i. cōsensu vel
opere peccatum non opare:
q̄si diceret Cogitatiões quā
tumcūqз male sine consensu
vero vel interpretatiuo sunt
mortue ideo nocere non pos
sunt: quidā etiam frater senē
interrogauit quid faceret cō
tra diuersas cogitatiões: cui
senex nō pugna cōtra oēs
sed contra illaз qui caput est
earū. Unde ꝯtra inmundas
cogitatiões nihil a deo valet
sicut eas spiritualibꝰ patribꝰ
reuelare in quaꝝ reuelatiōe
hostis confusus fugit vt sca-
biosus qñ eius scabies nuda
tur ¶ Secūdo sunt cogi
tatiões inutiles et infructuo
se ꝛ ociose. Et hoc triplicit̄.
Primo qñ dyabolꝰ ingerit
cordi assidue malas cogitati
ones tūc sunt sine fructu suo
queз intendunt demones qñ
sunt sine cōsensu ne placeāt
ꝛ tunc necessario habet eua-
nescere ꝛ deficere vt ventus
ꝛ fumus Unde in vitaspatꝝ
Dixit abbas pastor Cogi-
tationes sunt vt securis q̄ ni
hil opatur nisi aliquis ei ma
num porrigat: sз remanз oci-
osa Item dixit quidam sicut
vestes incluse in capsa exter
minātur ꝛ putrefiunt si fue-
rint ibi longo tpe sic cogita-
tiões in cordibꝰ nr̄is inficiūt
nos nisi eiecerimꝰ eas Se
cundo sunt ociose q̄ sūt vane
ꝛ volatiles vt ventus. vñ in

vitaſpa. Interrogauit frater
q̇ḋfaceret qꝛ multe cogita-
tiones in anima ſua venie-
bant ⁊ ꝑinclitari ſibi videba
tur in eis ⁊ duxit eum ſenex
ſub aere dicens. Expande
manum ad ventum ⁊ appꝛe-
hende qui cum diceret ſe nō
poſſe ventum retinere. Reſ.
Sic non potes cogitationes
ꝓhibere ne veniant ſed tuū
in eis reſiſtere ❡ Ter-
cio ſunt ocioſe qꝛ nō ſunt de
his qui ad deū pertinent. vñ
Berñ. vbi ſ̄. Omne temp⁹
⁊c̄. Vñ in collationib⁹ patꝝ
dixit quidam. Mens hois
eſt vt mola quā incurſus aq̄-
rum voluit ⁊ quieſcere nō ſi-
nit: ſed neccesſario ipſius eſt
voluere et reuoluere q̄tquid
ei miniſtratur ſiue frumentū
ſiue lolium: ita mens circum
acta temptationib⁹ habɀ vo
luere ⁊ reuoluere ſiue bonaſ
ſiue malas cogitationes qui
miniſtrantur ei. Unde Job
xxix. Cogitationes mee va-
rie ſuccedūt ſibi: ⁊ mēs mea
in diuerſa rapitur Sed di
ceret quis quid vtile eſt ꝯtra
tales cogitatiōes. Reſpondɀ
Uincē. vbi ſ̄. ꝙ ſtabilitas lo
ci multū valet cōtra iſtas co
gitationes. Vñ in vitaſpatꝝ
Dixit quidā frater ſeni. Co
gitationes me mutant et tri
bu āt. Rñdit ſenex. In cella
tua ſede quēadmodū enim ſi
aſina alligata ſit ⁊ pull⁹ eius
geſtiat ⁊ currat huc ſiue illuc
⁊ quocūqɀ venerit ſꝑ ad ma-
trem ſuā reuertit̄. Ita erūt
cogitatiōes ei⁹ qui pꝛopter
deū in cella reſidet. naɀ ſi ad
modicū mutant reuertuntur
tñ ad eum. Sic etiaɀ q̇ audit
vanitates mundi: cogitās re
ſpicere ꝑ feneſtram ⁊ videre
ſi intus manent cogitatiōes
minus nocent ❡ Quar
to ſunt cogitationes culpabi
les ⁊ vicioſe ⁊ illaꝝ ſunt qua
tuoꝛ genera. Alie enī ſunt cu
rioſe: alie libidinoſe ⁊ moꝛo
ſe: alie ꝯſenſu pernicioſe: alie
ī defenſiōe culpe magis mali
cioſe ⁊c̄. Primū ergo gen⁹
vicioſioꝝ cogitationū eſt cu
rioſitaſ Eſt aūt curioſa cogi
tatio qñ ſtudet hō quō ſciat
⁊ cognoſcat homo ea q̄ non
ꝑtinent ad ſalutē. licɀ directe
talia nō repugnent ſaluti: vl
qñ homo nimis ſe implicat
circa vana vt phi de quibus

ait ps̄. Euanuerunt in cogi-
tationibꝰ ſuis: ⁊ obſcuratū ē
inſipiens cor eorū. Econtra
dicit̄ ꝓuer. xij. Cogitatiōes
iuſtoꝝ iudicia ⁊ conſilia im-
piorum fraudulēta Et ibidē
xxx. dicit̄ Cogitatiōs ꝯcilijs
roborant̄: qḋ fit qn̄ hō ſe im
plicat in cogitatōnibꝰ q̄ ſunt
recto iudicio ⁊ con cilio ma
gis vtiles Secundū genꝰ
qn̄ ſunt libidinoſe ⁊ moroſe.
.i. qn̄ homo delectat̄ in ma
lis cogitationibꝰ ⁊ morat̄ in
eiſdem. Unde in collationi
bus patrum dixit quidam ſe
nex. Anima eſt admodū aq-
le que cum deſcēdit de alto
contēplationis inſidet cada
ueri delectationis carnalis.
Item i vitaſpatꝝ. Quidam
ſenex quereti cauſam paſſio
nū ſuarum dixit Infeſtāt te
paſſiones qꝛ vaſa earum in
tra te ſunt: ſcʒ cogitatiōes ⁊
imaginatiōes carnales. mo-
ram ibi faciendo. qn̄ eas nō
eicis viriliter ⁊ velociter: p-
terite cogitationes dum in
anio ludunt et illudūt Ideo
dꝛ Ieremie. iiij Laua a ma
licia cor tuum iheruſalem vſ
qʒ quo morabunt̄ in te cogi
tatiōes noxie. Hinc legitur
in vitaſpatꝝ Quidam frater
venit ad quendā ſenē dicēs.
Ora ꝓ me quia a ſpū forni-
catiōis ſollicitor: ⁊ orauit ſe-
nex ꝓ eo Iteꝝ venit ideʒ pe
tens Et ſenex idē fecit. Cū
aūt iterū veniēs idē diceret
rogauit ſenex deū vt oſtēde-
ret ſibi cauſaʒ quare non ex
audiret̄: qui viditſpiritū for-
nicationis iuxta fratrem illū
ſedentē ⁊ quaſi ludentē cum
eo. Angelꝰ aūt bonꝰ miſſus
eſt in adiutoriū eiꝰ: ſimiliter
⁊ indignabat̄ aduerſus illuʒ
ꝙ non ꝓſternebat ſe deo ſep
potius delectabat̄ in cogita
tionibꝰ ſuis. Annunciauitqʒ
ſenex fratri qui viderat mo-
uens ꝙ obſiſteret cogitatio-
nibꝰ ſuis malis ⁊ audiuit fra
ter ſenē: et inuenit requiem.
Item ait quidaʒ ſenex ſic ap
ponitur amaritudo vberi vt
puer ſeperet̄ ab eo: ita dele-
ctationi cogitationis appo-
nēda eſt amaritudo cruciatꝰ
eterni. Ex illis patʒ ꝙ ho
mo caute ſe cuſtodire debet
ne dum de peccato cogitat
ad dolendū immitat ei dya-
bolus delectationē carnaleʒ

vt delectet̄ in eo de quo do
lere ꝛ flere volebat. Unde
Sophōie.iij. Diluculo ꝯsur
gentes corruperunt omnes
cogitatiōes suas ¶ Ter
ciū genus cogitationū vicio
saꝝ dicunt̄ cogitationes ꝑni
ciose q̄ ꝑueniūt vsqꝫ ad ꝯsen
sum mortalis peccati tūc ei
sunt sicut fetus vippere qui
corrodēdo matrem suā occi
dunt ꝛ ventrē de quo nascū
tur dilacerant ꝛ disrumpunt
Sic eñ vippera a fetib⁹ su-
is intra se positis lacerat̄ et
occidit̄: ita nos cogitatōnes
nostre in cordib⁹ nostris or-
te: et in ventre memorie nu
trite ꝑ ꝯsensuꝫ occidūt. Jdō
dicit̄ Jeremie vbi s̄. Usqꝫ
quo morabunt̄ in te cogitati
ones noxie Et Danie.xiij.
Senes pleni iniqua cogita-
tione ꝛc̄. Quartū genus q̄
sunt cogitatiōes magis ꝑni-
ciose.qñ scꝫ pctm̄ i corde te-
gitur.occultat̄.excusat̄. ꝛ de
fendit.qd̄ est grauissimū ge-
nus pcti De talib⁹ cogitati
onib⁹ dr̄.Sapie.j. Peruer-
se cogitatiōes separāt a deo
Magna vtiqꝫ puersitas est
velle deo occultare quod ip
sum latere nō potest Unde
Job xlij.dixit. Job domio.
Scio ꝙ omīa potes.ꝛ nulla
te latet cogitati o: maior etiā
puersitas est. velle excusare
et defēdere qd̄ accusari ꝛ cō
dēnari debꝫ. Jdō dicit̄ Jsa.
lv. Derelinquat impi⁹ viaꝫ
suā: ꝛ vir iniqu⁹ cogitatōes
suas ꝛ reuertatr ad dn̄m ꝛ
miserebit̄ eius. Et sequitur.
Non eñ cogitationes mee
cogitatiōes vestre: neqꝫ vie
mee vie vestre dicit dn̄s Sic
ergo habetis ex premissis tri
plices cogitatōnes: videlicꝫ
vtiles et fructuosas volubi-
les ꝛ viciosas et culpabiles
et viciosas et distinctionem
earundem ꝛ ꝑ ꝯsequēs qūo
homo debeat custodire cor
suum in talibus cogitationi
bus ne vsqꝫ ad ꝯsensum pec
cati mortalis perueniant.

¶ Dubitat̄ quibus mo-
dis debem⁹ repugnare dya-
bolo qui communiter est au
ctor malarū cogitationū ꝛc̄
Ad hoc rn̄det wilhelm⁹ pa
risiensis in li.d̄ vir.tract.vij.
ca. De temptatiōe ꝛc̄. ꝙ cō-
uenientissim⁹ modus repu-
gnandi serpenti infernali est

contritio capitis ei9. quemadmodū docet dn̄s Gen̄.iij Loquēs ad serpentē de muliere qui figuraʒ tenet ecclesie. Ipsa conteret caput tuū Serpens enī caput pre ceteris membris custodit: ideo homo conari debet ad eius ɔtritōneʒ. Caput vero eius intelligi potest vel sup̄bia vł initiū temptatōnis vł pctm̄ cordis antequā exierit. Cōtritio capitis sup̄bie multuʒ valet ad repugnandū ei: hac ɔtritōem facit hūilitas; que multum valet ad triumphandum de dyabolo. Humilitas enim ad modum astuti luctatoris est: qui dum vi det se deicere hostem facit corruere. Nam ipsa euadit omnes laqueos dyaboli. sicut btūs Anthonius vidit in spiritu totum muuduʒ plenū laqueis dyaboli: ⁊ dum suspirans dixisset quis hos poterit trāsire: audiuit vocem dicentē. humilitas sola gloriā victorie totam deo tribuit.

Scdo caput temptatōnis est conterendū: quia principio tēptatiōis est resistendū scđm illud Poete. Principijs obsta sero medicina paratur. Et in ps̄. Beat9 qui tenebit et allidet paruulos suos ad petrā: dyabolus cm̄ quasi paruulus est in principio temptationis ⁊ tunc facilius potest occidi ⁊c̄.

Tercio caput serpentis conterendū est: quia peccatum destruendum est antequā extra per locutionē vel operationeʒ processerit. Si cogitatio cor intrat cito pugnandum est contra eam: ⁊ specialiter orando. vn̄ Gregorius. Quanto grauiori tumultu cogitationū carnaliuʒ premimur tanto orationi debemus insistere ardentius. Ad hec valent exempla sup̄ dicta de hac materia plura dixi in sermonibus sup̄ epistolis. sermo. lviiij. circa literas k.l.m.n.o.p. Rogemus ergo deum quatenus nobis det hic gratiam custodiendi cor nostrum: vt sic corde puro bene custodito: valeam9 eum sicuti est contemplari in perpetuum Amen.

De custodia lingue siue oris. Sermo Tercius

Mors ⁊ vita in manib9

lingue. puerbiorum. xviij.

In precedenti sermone audistis de custodia cordis: et de diversitate cogitationum bonarum et malarum: qualiter etiam illis sit repugnandum. Nunc consequenter post custodiam cordis videndum est de custodia lingue. Non enim potest cor bene custodiri: nisi in lingua etiam in custodia habeat. Ita enim est commune puerbium. in quo corde pletur in eodem os superhabundari videtur. et vulgariter. wes das hercz vol ist des geet der mund über. Summe ergo necessarium est custodire linguam ex qua mors et vita procedit. ipsa neqz lingua inflammat rotam nativitatis nostre. Jacob. 3. i. inflammat omnia opera nostra qui dicunt esse rota propter ipsorum volubilitatem. Nam sicut in rota id est principium et finis sic in actibus nostris quando homo credit finire tunc incipit ideo necessaria valde est nobis custodia lingue.

Mors et vita in manibus lingue.

Circa hec principaliter videnda sunt duo ad presens. Primo quoniam necessarium et difficile sit lingua compescere Secundo quoniam diligenter sunt cavenda peccata lingue Tercio circa hec exempla et doctrinas Et signanter quare deus homini dedit linguam. A Circa primum Notandum sicut Vincen. in spe. mo. li. 3. p. j. dis. 3. quod bene necessarium est linguam compescere et custodire quia iuxta thema mors et vita etc. vnmo secundum apostolum Jacob. 3. lingua dicitur ignis universe iniquitatis. Et hoc ideo secundum glosam: quia universa facinora aut committuntur aut disponuntur per linguam sicut vicia peccata: unde fornicationes et adulteria disponuntur per eam: secundum periuria et falsa testimonia committuntur per eam aut defenduntur mala per eam. Et subdit apostolus Jacobus ubi supra. Lingua constituitur in membris nostris qui maculat totum corpus et inflammat rotum nativitatis nostre inflammata a ihenna: idest suggestionem dyaboli. Nam secundum glosam Jehenna dyabolus est: quia propter ipsum est facta. Ex quo patet. quod sicut iehenna semper ardet sic dya-

bolus vbicūqz sit in aere vel sub terra semp fert secū tormenta flammaꝝ suaruz. Et hac pena dyabolus ꝯmotus flāmam viciorū suggerit hominibꝰ:ꝛ suggesta p linguaz apperit:ꝛ p cetera membra ad effectum pducere cogit. vt dicit Augꝰ.de ancona sup predicto verbo apostoli.
Scdo infertur ꝙ lingua hominis quodāmodo in domabilis est:imo minus domari potest quaz bestie silvestres valde feroces patz illud per apostolū vbi supra dicentem omnis natura bestiaꝝ volucrum ꝛ serpentū ꝛ ceterorū animaliū domatur et domita sunt a natura humana:linguam autē nullus hominum domare potest :causam subiungit. Est enim inquietum malū:ꝛ plena veneno mortifero.ꝙ aūt sic bestie domite sint tangit Glosa dicēs imanissimā aspidem legiṫ a prefamilias in egipto domitam fuisse:qui cottidie de cauerna egrediens de mēsa sua annonam accipiebat:legiṫ etiā tygridem mansuetū fuisse factū in india:ꝛ de india destinatū anastasie principi. Ita etiā videmus leones ferocissimos domari:similiter aquilas:nisos accipitres:sed linguā malā nemo domare potest ideo sapiēs.Ecci.xxviij post multa mala q̄ ex lingua ꝓuenire testaṫ dicēs Attende ne labaris in lingua ꝛ cadas in ꝯspectu inimicoꝝ insidiantiū tibi:ꝛ sit casus tuꝰ insanabilis in mortez.
Sup quo verbo di. Vin.in spe.mo.li.3.pa.j.de custodia lingue:ꝙ q̄tuor sunt in vbis istis ꝯsideranda. Primū ꝙ lingua lubrica est ꝛ in lubrico ꝯstituto ꝛ ideo multū inimica:qꝛ p eam facilius ꝛ frequentius cadimus ꝓpterea maior diligētia requiriṫ circa custodiā eius Et ideo dicit attende scz ꝓpter lubricitatem lingue. Scdm ꝙ aduersarij nostri multū īfestāt nos de peccatis lingue:quia vbi castrū inueniṫ debilis ibi fortius inpugnaṫ:freqūetius enim tēptamur de pctō lingue q̄m de alijs:ideo vigilācius ꝛ fortius est obsistendū
Terciū qꝛ non facilis est casus ligue sed et difficulter

resurgit:faciliter eni hõ de-
trahit:sed valde difficulť fa-
mam restituit:ideo dr̃ vbi s̃.
ꝛ sit casus tuus insanabilis.
Quartũ est ꝓpter peccatũ
lingue grauitate :qꝛ videlicꝫ
sũt ad mortẽ vicꝫ q̇ culpe est
mors prima ꝛ in mortẽ iehẽ
ne q̃ est mors scd̃a Ex illis
ergo inferť ꝙ in peccato lin
gue faciliter labimur et fre-
quẽter:et ad hoc fortius in-
pugnamur:ꝛ cũ maiori diffi
cultate resurgimus:ac ꝑ hoc
in mortẽ primã ꝛ scd̃am inci-
dimꝰ ꝓpter ꝙ lingua ẽ sũal
de diligenter custodienda
Exemplũ illius habemꝰ in
vitaspatꝛ qđ narrat Vincẽ.
vbi s̃:Legiť enim ibidem ꝙ
cuidã de senibus sanctis per
spm̃sanctum reuelatũ est :ꝙ
cum fratres ꝯuenissent ꝛ lo
querentur de his que perti-
nebant ad edificatõem.vide
bat sanctos angelos iuť eos
stantes et letantes:delecta-
bantur enim in eloquio dei
ꝛ leuabant manus suas qua
si deo gratias agentes. Cũ
aũt de secularibus loquerẽ-
tur vel de inꝑtinentibus ad
salutem:statim angeli indig

nantes longius recedebant
ꝛ demones in specie porco-
rum accedebãt ꝛ delectabã-
tur in volputatibus :ꝛ pleni
fetoribus pollucbãt eos Cũ
autem postmodũ loquerenť
de edificatõe:iterũ veniebãt
angeli vt prius. agentes et
mouentes:manus leuabant
eos a sordibus. Sanctꝰ aũt
senex ibat ꝑ monasteria pꝰ
multũ fletum ꝛ vlulatuꝫ mo
uens fratres ꝛ dicens Caue
te fratres a multiloquio et
ociolis sermonibꝰ ꝛ seruate
linguã per quã malus interi
tus anie generať. ꝛ ꝑ quam
deo ꝛ sctis angelis odibiles
sumꝰ:v̇ba enim inutilia infir
mam faciũt mentẽ ꝛ euacu-
ant aĩam nostrã.Quis du-
bitat quin angeli sic sint pre
sentes ꝛ letenť:dũ pater aut
mater instruit liberos aut fa
miliã q̃liter orare aut ḋo ser
uire debeãt:vel an sciant ex
aminent:vel q̇ sint dei prece
pta:aut pctã mortalia :aut q̃
liter ꝯfiteri debeãt.Econuer-
so demones letanť dũ ꝑntes
delectanť in vit iꝑijs puero
rum aut verbis vanis ꝛ scur
libus sicut inueniuntur q̃ de

lectautur in malis ꝓuerbijs
pueroꝝ. querentes q̇d dixit
aut fecit ille aut illa ⁊c̄. Hec
de p̄ma pte q̄ꝫ difficile sit cu
stodire linguam ⁊c̄. C
Circa s̄cdm est aduertendū
q̄ꝫ pctā lingue sunt studiose
⁊ diligenter cauenda ꝓpter
tria videlicet q̄ꝛ deo sunt in-
iuriosa. Sc̄ðo: ipsi loquēti p-
niciosa. ⁊ tercio ꝓximo mul
tipliciter dānosa. Primo
pctā lingue sunt deo iniurio
sa ⁊ ꝯtra eiꝰ ordinatōem: ptꝫ
q̄ꝛ deꝰ dedit ꝓpter seipsum
homini linguā vicꝫ ad se lau
dandū ⁊ sibi grās agendū ꝓ
omibus bonis et bn̄ficijs q̇
fecit: et quotidie nobis facit
⁊ se factuꝝ ꝓmisit. vt hoies
ei sacrificēt sacrificiū laudis
⁊ annuncient opera eius in
exultatōe. Hoc est ei officiū
angeloꝝ. Et ideo quantum
ad hoc pticipamus cum an-
gelis s̄ctis in hoc exilio Vn̄
aplus. j. ad Coꝝ. iꝫ. dicit. Si
nguis hoim loquar ⁊ ange
lorum. caritatēꝫ aūt non ha-
beam nihil sum ⁊c̄. Ubi di-
cit Uincentiꝰ. Linguis ho-
minum loquit̄: peccata pro-
pria confitendo humiliter ⁊
orando. Laudando vero de
um linguis loquit̄ ⁊ angelo
rum. Et ideo Jaco. vbi su-
pra dicit q̄ꝫ in lingua benedi
cimus deum ⁊ tamē p ipsam
male dicimus homines. s. q.
ad similitudinē dei facti sūt:
⁊ per ꝯsequens maledicimꝰ
deū: quia qui maledicit crea
turam maledicit ⁊ creatorēꝫ
qui fecit illam vt dicit Aug.
de ancona super eodem ver
bo. D Ex hoc infertur
q̄ꝫ valde grauiter peccant et
nequiter ingrati sunt: q̇ ver-
ba blasphemie vel alia huiꝰ
modi ꝓferunt contra deum
quia lingua est data homini
ad deum laudandum Se-
cundo cauenda sunt sollicite
peccata lingue: quia ipsi lo-
quenti sunt perniciosa et ei
faciūt m̄lta mala vt ptꝫ īfra.

Pctā ligue:
- Omne bonum mortificant et inficiunt
- Pecca multiplicant
- Personam reddunt odibilem
- Personam reddunt damnabilem

Pꝛimo ergo peccatū lin/
gue omne bonū moꝛtificat.
coꝛrūpit ⁊ inficit sicut modi
cum venenū infusum in vas
vini vel balsami. Unde Ja/
cobꝰ vbi s̄. dicit. Ligua ꝯsti/
tuitur in membꝛis nr̄is qui
maculat totū coꝛpus. Et se/
quit̄. Est enim inquietū ma
lum plena veneno moꝛtife/
ro: q̄liter aūt omne bonū qḋ
est in hoīe maculat ⁊ coꝛrū/
pit ḋꝛ Jacob. j. Si q̇s putat
se esse religiosū nō refrenās
linguā suā sed seducēs coꝛ su
um huiꝰ vana ē religio. Ex/
emplū demoniali de q̄ loqui
tur Grego. iiij. dyalogoꝝ. ꝙ
post moꝛtē suā cū esset sepul
ta in ecclesia visa est ardere
a capite vsq̄ȝ ad renes: sed a
lumbis ⁊ deoꝛsuȝ remāebat
intacta cuiꝰ causaȝ assignat.
Gre. qꝛ cū esset casta ⁊ reli/
giosa in alijs in lingua tamē
erat viciosa. Scḋo lingua
pctā mltiplicat vn̄ facit ho/
minē mltiplieciter viciosuȝ et
de pctō coꝛruere i pctm̄. vn̄
ꝓuer. xxvj. Os lubꝛicū opat̄
ruinas Et ibidē. xxv. Sicut
vrbs patēs ⁊ absq̄ȝ muroꝝ
ambitu: sic hoꝛno q̄ non pōt
in loquēdo cohibere spiritū
suuȝ. Un̄ in vitaspatꝝ legit̄.
ꝙ cum quidaȝ sen ex iret ad
beatum Anthoniuȝ inuenit
quosdam alios fr̄es q̇ ibant
ad eum qui in naui et in via
multa loquebant̄: ⁊ de diuer
sis sciptuꝛis ⁊ de ope manu
um: ⁊ ille senex tacebat. Cū
autē ꝑuenissent ad sanctum
Anthoium ait seni Bonos
fratres habuisti socios itine
rum: cui ait. Boni sunt sed
habitatio eoꝝ non habet ia/
nuam qui vult intrat in coꝝ
stabulū ⁊ soluit iumentū: fa/
cit enim lingua hoīem sicut
domū sine hostio. archā sine
sera: ciuitatē sine rectoꝛe: na
uem sine gubernatoꝛe. equū
sine freno. vas sine opculo.
¶ Tercio lingua facit
hoīeȝ odibilē: nec mirū quia
omnē gr̄aȝ effundit ⁊ abicit
Un̄ Eccī. ij. Sapiēs in ver
bis seipsum amabilem facit
gratie antē fatuoꝝ effundeu
tur. Et infra acharis: id est
sine gratia: quasi fabula va/
na in oꝛe disciplinatoꝝ assi/
dua erit: q̇a scȝ nec ipē repu
tatur. nec fides eius sermo/
nibus adhibet̄. immo verba

eius fabulosa videntur ꝛ velud fabula deridentur. Sed econtra dicit͛ Eccl͞i:vj. Lingua eucharis.idest gratiosa in bono homine abundabit. Vn̄d Bern̄.ait Lingua in lubrico posita lata et tenuis optimum instrumentū ad euacuandū cor. Unde sensibiliter videmus ꝙ homines linguosi sunt aridi indeuoti ꝛ omni bono sp̄uali vacui.sicut igitur linguas igneis scꝫ igne celesti mentes apostoloꝝ replete:solidant͛ :exicantur:et sp̄ūsancto replent͛ .sic linguis igne mali gno succēsis:replentur :exiccant͛ corda:ꝛ spiritussancti gr̄a euacuantur. O deus quot sunt tales lingue igne dyabolico succense que delectantur ꝓximorum famam denigrare rixas ꝛ iurgia concitare :cōtumelias blasphemias et ꝑiuria proferre:q̇s nouit has dinumerare: certe deus qui omniuꝫ corda nouit. Ex illis infertur ꝙ lingua mala reddit hominem valde odibilem vel odiosum alijs.vnde Ecclesi.ix.dicit͛. Terribilis in ciuitate sua vir linguosus ꝛ temerarius in verbo suo odibilis erit. Et iterꝝ ibidem.ij. Est tacens qui inuenitur sapiens:ꝛ est odibilis qui procax est ad loquendum. Et.xxv.capl͂o dicitur. Mulier linguata homi q̄eto grauissima scꝫ ad sustinēdum recta sicut ascensus arenosus in pedibus octani.

Exemplum Hec est ergo causa quare multi habēt exosas vxores suas ꝛ male tractant quia malas habent linguas De hoc refert Vincēti⁹ vbi supra. Exemplūꝫ de quadā iuuencula qui dum a vetula requireret quid facere posset Unde pacem viri sui habere posset ꝛ amorem ꝛ vnde erat ꝙ eam tam male tractaret. Vetula respondit vt iret post venatores dicens ꝙ lepores quos insecūtur canes doceret eam quō pacem ꝛ amorē viri sui haberet si interrogaret eos:ipsa autē hec faciēs cum videret lepores fugiētes nec de verbis eius curātes reuersa ad vetulā ꝯquerebat͛ se illusam. Cui vetula in veritate lepus optime te docuit:et si

non v̄bo tñ exēplo:sicut em̄ lepus nō rebellādo nec de v̄bis curando:sed fugiendo ⁊ canes declinando euadebat ita ⁊ tu potes. Sic ergo ptz ꝙ lingua mala reddit hoiem odiosum non solū homibus sed etiā deo ⁊ angelis ei⁹ vt ptz s̄.in exēplo circa l̄raz. ¶

¶ Quarto lingua red/dit hoiem dānabilez sicut ptz Luc.xvj. De diuite epulōe qui ꝓpter loquacitaté suam damnatus est ⁊ eterne pene supplicio cruciat᷑.vt di.Grego. Nec vnā aq̄ guttā potuit īpetrare. Et ideo singl'r dā/natis dr Apocal'.xvj. Mā/ducauerūt linguas suas p̄ doloꝛib⁹ ⁊ blasmauerūt deū celi:qꝛ per queq̀s peccat ꝑ hec torquet᷑ Sapie.ij. Ideo qui ꝑ linguas suas peccauerunt in linguis pꝛecipue crucian᷑t

¶ Tercio pricipalit᷑ cauenda sunt pctā lingue quia primo sūt multipl'r dānosa. ⁊ hoc pōt declarari ex m'ltis causis infra signatis qꝛ ligua multa mala facit ꝓrimo.

Lingua
- Proximum succendit ⁊ per hoc, seminat infamias discoꝛdias ⁊ rancoꝛes.
- Inquinat.emittendo immūdiciā ⁊ fetoꝛem:
- Seducit ⁊ educit in erroꝛem
- Pungit ⁊ vulnerat ymmo moꝛtem generat

Primo lingua ꝓrimum succendit ⁊ ꝓuocat ad iracū diam ⁊ furoꝛē.ꝺm illud Job xlj. Alitus eius pꝛunas arde re facit et flāma de oꝛe eius egredit᷑ ad modū vehemoth siue dyaboli. Similiter Ia/co.3.dicit᷑. Lingua nr̄a ignis est inflammata a iehēna ⁊c̄. Et Eccle.xxviij/dicit᷑ Lin/gua testificans adducit moꝛtez.si sufflaueris quasi ignis ardebit:⁊ si expueris sup il/lam extinguetur. De hoc tā git Vinceu.in spe.vbi supꝛa multa exempla. Et inter ce/tera dicit. Exemplū. Cum mulier cum quadam vicina sua litigaret et illa esset im/placabilis altera expādit pal lium suum dicens sicut audi uerat in sermonibus, Dña

ista vestra vituperia sunt mi
bi valde necessaria quasi pre
ciosum aurum: et lapides pre
ciosi ad mea debita peccata
quibus multum obligor per
soluenda: et ad coronam eter-
nam mihi fabricandam pro-
sciatis ergo satis de his in
hoc pallio. Et ideo bene di-
citur prouerbiorum. xv. Re-
sponsio mollis frangit iram
sermo durus suscitat furorem
Huius exemplum habemus
in vitaspatrum. Dum abbas
macharius montem ascende
ret et quidam discipulus eum
precederet deo: nam cuidam sa-
cerdoti ydolorum currenti et
grande lignum portanti cla-
mauit quo curris demon At
ille indignatus tantum eum
verberauit quod eum quasi ex-
animem reliquit. Item tandem
idem sacerdos ydolorum cur
rens obuiauit beato macha
rio qui eum salutauit dicens
Salueris laborator salueris
qui admirans ait: quid inue-
nisti in me boni vt ita me sa
lutares. Cui macharius: quia
vidi te laborantem ignorans
quo curreres: at ille: et ego
tua salutatione compunctus ser-
uum magni dei te esse cogno
sco: et dixit ei quomodo pro
verbis contumeliosis alteri in
tulerat verbera. Et tenens pe
des eius rogauit vt eum mo-
nachum faceret: quod asserebat
quod aliter eum non dimitteret.
Tunc alium fratrem qui vulnera
tus ambulare non poterat ad
ecclesiam manibus detulerunt.
Fratres autem videntes illum esse
conuersum admirati sunt et
multi ex paganis propter illum
sacerdotem suum ad fidem con
uersi sunt. Ideo dicebat ma
charius. sermo durus et malus
etiam bonos peruertit: humilis
et bonus malos conuertit in
bonum etc. Ex quo patet quomodo
per linguam succedentem semi-
nantur discordie: rixe: ranco
res et infamie. sicut patet ad ex
perientiam multi aliorum sermo
nibus malis concitati se vindi
cantes infamant. et quandoque non so
lum ad verba contumeliosa sed et
verbera perueniunt. Secundo lin
gua inquinat emittendo immun-
diciam et fetorem. quod fit dupliciter
videlicet vel per verba contumeli
osa vel per verba immunda. Per
verba contumelie: quia litigiosi
et contumeliosi filies sunt princi

bus. de quibus dicit̃. ꝙ post q̃ diu pugnauerunt rostro ⁊ vnguibus: ad vltimũ posterioribus ꝓprijs pugnãdo mutuis stercoribus proiectis in faciebus se maculãt. Exemplum. Sic homines linguosi post litigia se fedant vituperijs ⁊ litigiosis verbis similes iudeis crucifigentibꝰ christum. qui postq̃ xp̃o maledicebant in eius faciez cõspuebant. Per verba vero imundicie lingua multos inquinat: quia sicut dicitur Jabi. 3. Lingua maculat totum corpus scz ecclesie. ꝫm illud. j. Corin. xv. Corrũpunt bonos mores colloquia praua frequẽter enim luxuriosi v̄bis suis impudicis trahunt alios ad luxuriã. Tercio lingua seducit ⁊ deducit alios in errorez. Unde ecc̃i. v. Lingua imprudẽtis subuersio illiꝰ est. Imprudẽs quippe primo subuertit̃. postmodum subuertit alios per linguã suã sic fuit ligua arrij: q̇ fere totum mundũ subuertit ⁊ infecit: etiaz ipsum papam leonẽ et multos ĩpatores ꝓ cuius peste tot et tante ꝑsecutiones orte sũt in ecclesia dei: ꝙ q̇cũqz ꝯtradicebant sibi ad mortem querebantur. vel i exiliuz relegebantur: vt Athanasiꝰ alexandrius p̃triarcha: beatꝰ Hylariꝰ ⁊ bea. martius. De cuiꝰ ortu secte legit̃ in hi. eccle. li. xj. ⁊ de ꝓcessu eius ⁊ infectione et ꝑsecutione facta katholicis. Similiter li. xv. sic etiã pestifera fuit lingua manichei ⁊ signãter machometi qui fere totam ecclesiã orientalez ⁊ meridianã subuertit: sicut ⁊ hodie hec secta viget fortissime. Sic ⁊ lingua pestifera Jo. hus. ⁊ Jo. rokaczan. quot infecerunt in bohemia clarum est. Et vtinã non aliquos extra illud regnũ. De hac lingua dicit̃ Apock. ix. ꝙ angelus abissi qui presidebat locustis per quas designantur heretici' dicebat exterminans. Et postea in eodem capitu. ꝙ de ore eorum ꝓcessit ignis. i. verba inflammantia ad iram ⁊ fumus: q2 excecantia per errorẽ ⁊ sulphur: quia fetentia per blasphemiam vel luxuriam

Quarto ⁊ vltimo lingua

mala pungit ꝛ vulnerat ꝛ tā
dem mortē generat Vñ ps.
Dētes eoꝝ arma ꝛ sagitte
ꝛ lingua eoꝝ gladius acut⁹
Et Jere.ix. Sagitta vulne-
rans: ꝛ lingua eoꝝ dolum lo
cuta est. Quot autē lingua
eoꝝ mortem generat patet.
quia primo suā postea mul-
toꝝ aliorū: non vni⁹ tantum
sed q̄nq3.decē.viginti.centū
mille ꝛc. Scdm illd Job.xx
Occidit eū lingua vippere.
Et Eccl.xxviij. Multi ce-
ciderūt in ore gladij. sed nō
sic q̄si qui interierūt p linguā
suā. btūs qui tectus est a lin-
gua nequā ꝛ qui in iracūdiā
illius non transiuit: ꝛ vincu-
lis illi⁹ non est ligat⁹. Et se-
quit̄ mors illi⁹ mors nequis-
sima. Ex illis ergo pt3 q̄n
ta mala ꝛ dāna lingua mala
facit inter ꝓximos: nec satis
est in iam expressis malis. i-
mo nō est hō viuens in ter-
ra qui ad plenū narrare pos
sit maliciam lingue male ꝛc.
Hec de scdo. ¶ Tercio
pricipaliter dubitat̄ ex quo
tot mala eueniunt ex lingua
qnare tūc deus dedit homi-
nibus linguas ꝛc. Ad hoc
respondet Vincenti⁹ in spe
culo vbi supra: q̄ deus dedit
nobis linguas propter plu-
ra vt infra.

Deus dedit nobis linguas
- Propter seipsum videlicet ad se laudanduz ꝛ sibi gratias agendum
- Ad conceptus nostros inuicem exprimēdos ꝛ ad corpus sustendandum.
- Ad ꝓximorum salutem procurandum
- Ad consecrandum sua misteria et ecclesiasti-ca sacramenta.

fugit ab eo Sic etiā caro spiritum. sic agar videns se pregnatā contempsit dn̄am suā Gen̄. xvj. Refert exemplum Vincē. vbi s̄. Quidaȝ diues impinguabat arietē quendā ita ꝙ ꝑpinguedine in om̄es inuitantes cum cornibus impingeret. Cum aūt dn̄us ei⁹ semel dormiret ad ignem: videns aries frequēter cum caput inclinare et deprimere credidit ꝙ cum inuitaret ad trudendū. Sic facit caro spiritui negligenti ꝛ cuȝ nimis impiguāti hec breuiter de secunda pte. ¶ K Dubitat̄ ꝯsequenter circa terciaȝ partem Ex quo dictuȝ est supra ꝙ deus temptat hoīes quadruplicīter: quibus tamē modis homo temptat deū. Respōdetur ꝙ temptantes deū sunt in quintuplici differencia: aliqui em̄ temptant dei clemenciam qui videlicet negligenter orāt sine deuotione sicut si homo temptat siquis dormiat an non. Tales sunt illi qui penitenciaȝ sibi iniunctam aut horas vel orationes consuetas persoluunt ꝛ seipsos orando non considerant neqȝ quid orant attēdunt ac si deus non nosceret eoꝝ corda siue attentioneȝ sȝ solum attenderet ad formaȝ siue vocem verboꝝ. Ideo dicitur Eccle. xviij. Ante orationem prepara animā tuaȝ: ꝛ noli esse quasi homo q̄ tēptat deum Ex quo infertur ꝙ cuilibet inuigilandū est ne se in oratione conuertat ad cogitationes incidentes orationi impertinentes vn̄ summo conatu dyabol⁹ hoiem orantē conatur impedire qn̄ qȝ etiā immitendo hoī cogitationes extraneas q̄ sibi videret̄ valde necesse: cogitat em̄ sepe homo in oratiōe cū sibi cogitatio aliqua oratiōi impertinēs aduenerit si nūc ꝑmittis hanc cogitationē abire postea tibi non veniet in memoriam cum tn̄ sit tibi necessarium hanc vel hāc rem aduertere: ac si deus deuote ꝛ attente oranteȝ non vellet iuuare in cogitādis ꝛ dirigēdis rebus necessarijs ecce q̄lis temptatio dyaboli in oratione L Illius exemplū habemus in vitaspatrū. Vnde abbas Agathon cum re-

quireretur que esset maior virtus in vita hominum maiorem laborem habens: Respondit Ego ita suspicor ꝙ non sit maior virtus quam orare deum quia quociensc umqz homo voluerit orare festinant demones inimici impedire eum scientes quia non aliunde sic confunditur eoꝝ virtus sicut ꝑ orationez quotcunqz eñi bonum opus elegerit homo ⁊ in eo ꝑmāserit requiem possidebit: orare aūt vsqz ad vltimam vitā impedire nituntur demones ⁊ ideo resistere illis labor est fortis ⁊c̄. Secundi sunt q̇ temptant dei pacientiā siue misericordiā qui videlicz diu ꝑseuerant in peccatis scd̉m illud ps̄ Temptauerunt ⁊ reꝓbauerunt deuz excelsum ⁊ testimonia eius nō custodierunt. Tales eñi sibi ipsis statuunt tempus penitendi cogitantes ego futuris temporibus volo penitere ⁊ nō aduertunt ꝙ neqz hodie ad plenum sūt securi de vita actuū j. Non est vr̄m nosse tēpora vel momenta q̇ pater posuit in sua potestate: vtinaz tales saperent ⁊ intelligerēt ac nouissima ꝓuiderent Deutro. xxxiij. vtinam videlicet saperent preterita: intelligerent p̄sencia: ⁊ ꝓuiderent futura: vtinā saperent peccatoꝝ cōmissionem: bonoꝝ ommissionem. ⁊ tp̄is perditionem: vtinam intelligerent paucitatē saluandorum: multitudinem damnandorum: ⁊ difficultatem resurgentium: ⁊ vtinam ꝓuiderent mortis periculū: extremum iudicium: ⁊ eternum supplicium. Tercij sunt qui temptant dei iusticiaz in puniendo peccatores qui videlicet orant vindictā ſm̄ illud Luce nono Domine vis dicamus vt ignis descendat de celo et consumat illos. Hoc dixerunt discipuli contra illos qui nolebant recipere eos missos a jesu sed saluator tunc increpauit dicens. Nescitis cuius spiritꝰ estis filius hominis non venit animas perdere sed saluare Ita multi q̄m statim quis eis non ad nutum singula facit vl' i modico offendit orāt

deum vt vindicet eos in eis ꝛc. Quarti sunt qui temptant dei potenciam vt sunt temerarij i periculis quales sũt qui tempore infirmitatis amissiõis rerum ꝛ in periculis magis currunt ad incãtatrices vel supsticiosas personas: ac si deus tales non posset iuuare Jdeo judith Sancta mulier increpando sacerdotes qui statuerunt ꝙ nisi deus eos liberet ꝛ auxilium prestaret infra dicens. Dies traderc vellent ciuitatem assirijs dixit ill'. Qui estis vos qui temptatis dñm non est iste sermo: qui misericordiaꝫ ꝓuocet sed potius qui iram excitet ꝛ furorem accendat: Judith viij. Et sequitur. posuistis vos tempꝰ miserationis dñi ꝛ in arbitrio vr̃o diem constituistis ꝛc.
Quinti sũt qui temptãt dei sapienciam qui videlicꝫ exponunt se ad docendum: siue p̄dicandum. sine studio ꝛ p̄meditatione ſm illud ps̃. Temptauerunt deum in cordibus suis vt peterent escas animabus suis caro ꝛ dyabolus: q̃bus etiam modis homo temptat deum. Oremus ergo deũ vt nobis arma fidei conferat: quibus stare possumus fortiter aduersus insidias inimicoꝝ nostroꝝ carnis: mundi: ꝛ demonis: ne deficiamꝰ i temptatiõe qd̃ nobis prestare dignetur dñus noster Jesus cristus in secula benedictus Amen.

Sobrij estote ꝛ vigilate: quia aduersarius vester dyabolus tanq̃m leo rugiens circuit querens quem deuoret. prima Petri quinto.

Sermo Duodecimus

In precedenti sermõe audistis i genere de quadrupli ci temptatione videlicet dei carnis: mundi: et dyaboli: ꝛ specialiter plura de temptatiõe dei carnis et mundi. Nunc consequenter videndum est de temptatiõe demonis que est fortissima. Jdeo apostolus Petrꝰ ratione fortitudinis sue ꝛ multiplicis fraudis in temptãdo comparat cum leoni. de hac téptatione videnda sunt plura p ordinem. Primo de eꝰ malicia ꝛ crudelitate ꝛ de di

uersis modis temptationum
eius. Secūdo de hijs q̄ dant
occasionem ad huiusmodi tē
ptationem. Tercio de reme
dijs cōtra temptatiōes huiꝰ
modi. Quarto d̄ vtilitate tē-
ptationum. Et ꝓsequi inten
do per plures sermones hāc
materiam In hoc vero ser-
mone aliquā dicam adiuuan
te deo de primo pūcto vide-
licet de malicia ⁊ crudelitate
demonis Pro grā Aue.

Sobrij estote ⁊ vigila-
te: quia aduersariꝰ vr̄. ⁊c̄.

Primo videndum est
de malicia demōis in se. Se
cundo de eius astucia ⁊ qui-
bus modis per astutiam deci
pit homines ⁊c̄. A Cir-
ca primum est Notanduʒ: ꝙ
malicia dyaboli ꝭm Augusti
num de ancona super verbo
thematis: potest nosci ex q̄-
tuor: videlicet qꝛ dyabolꝰ ho
stis noster antiquꝰ habet cō
tra nos inimiciciam inpaci-
ficabilem: maliciaʒ incogita
bilem virtutem inuincibileʒ.
⁊ motum inquietabilem Et
hec omnia tanguntur in ver
bis thematis. Primo inimi
cicia impacificabilis tangit̄:
cum dicit̄ aduersariꝰ noster:
Naʒ aduersarij ꝓprietas est
nocere ⁊ paceʒ cum alio nō
habere sic hostis noster num
q̄m vult habere pacem nobi
scum ꝭm illud sc̄da ad Cori.
vj. Que cōuencio xp̄i ad be-
lial id est non potest esse pax
inter verū xp̄ianum ⁊ demo
nem. Secundo in verbis
thematis tangitur malicia ī
cogitabilis diaboli in hoc ꝙ
dicitur dyabolus. Nam dya-
bolus idem est ꝙ decipiens
vel deorsum impellēs eo ꝙ
ipse semper nititur nos deci
pere ⁊ precipitare. Ideo di
citur in vulgari. i. teufel der
in der tyeff d̄ sünden die mē
schen vellt. Unde si aliq̄ bo
na nobis ꝑsuadet illa tamen
dicenda sunt mala quia non
facit illud nisi intentione fal
lēdi Hene ergo malicia dya
boli dicitur icogitabilis siue
ineffabilis quia tanta est ꝙ
non est contentus inquantū
cunqʒ magno malo: rerū cor
poris ⁊ anime: quousqʒ ani-
nam deijciat secū ad ꝓfundū
inferni: non eñ est contentꝰ
si auffert hoi tp̄alia nec con
tentus si corpori adducit vul

nera:ymmo nec content⁹ ꝙ animam deijcit in pctm mortale sed ꝙ diu homo non cessat vel hominẽ in mortali cõseruare ne peniteat: vel ad maius mortale perducere vt desperet. Et sic finaliter aliud non querit q̃m vt homo secũ eternaliter damnet᷑ ⁊ dei visione careat. Exemplum habem⁹ in Job cui abstulit diuitias postea liberos suos tãdem corpus suum graui vlcere castigauit nec dũ erat cõtentus: voluit em̃ hr̃e animã ei⁹ sed non potuit: quia dñs sibi dixit. Ecce in manu tua est verũtamen animaꝫ illius serua Job. ij. cõsidera quia non permisit deus dyabolo: vt noceret anie potuissꝫ grauius temptasse ⁊ maliciã ei⁹ fortius in eum extendisse: sꝫ deus non permisit Tercõ in verbis thematis notatur virt⁹ dyaboli inuincibilis cũ dicitur Leo rugiens: quia sicut leo est fortissimus animalium ⁊ ad nulli⁹ pauet occursum: sic non est potestas sup terram qui potestati dyaboli possit compari: vnde dicitur Job xlj. Est tñ dei auxilio valde vincibilis p fidei firmitatem: quia sancti per fidem vicerunt regna Ad hebre. xj ymo licꝫ sit de se inuincibilis tñ nisi pmittatur a deo neqꝫ musce nocere possꝫ Quarto in verbis thematis notat᷑ dyaboli motus inquietabilis cum dicitur Circuit querens quem deuoret. Nam sicut impij id est raptores semp in circuitu ambulãt sic ipe semper circuit vt possit deuorare. Contra inimiciciã ergo ĩpacificabilem debemus resistere per sobrietatẽ ſm illud. Ecclesiast. xxxj. Sanitas est corpis ⁊ anime sobrius pot⁹ qꝛ dum homo est sobri⁹ dyabolus non hꝫ auxilium a carne ad hominẽ vincẽdum vt sicut ipse vult nobis nocere: sic p sobrietatẽ curem⁹ nob pdesse Contra maliciã incogitabilẽ resistere debemus p orõis cõtinuationẽ. non em̃ hoc gen⁹ demonioꝝ eijcitur nisi p ieiunium ⁊ orationem Mat. xvij. Contra inuincibilem dyaboli virtutẽ debem⁹ p fidei firmitatẽ resistere q̃a sicut dictũ est sancti p fidem ⁊c̃. ad heb. xj Sꝫ ꝯtra

motū inquietabilez resistere debem9 p ꝯmunem caritaté: q2 frater qui iuuat a fratre q̄ si ciuitas firma prouer.xviij. Sic ergo patet malicia dyaboli ꝛ qliter illi rsistere debemus Scdo Notandū ē fm Vin.in spe.mo.li.3.para.j.d vj. De temptatiōe ꝙ dyabolus sūme timendus est ne hominē deijciat in peccatū propter conditiones subsequentes:q2 est intellectu subtilissimus:malicia astutissim9:experientia longissimi tpis vsitatissi9:audacia ꝓcacissim9: discursu velocissim9:ꝛ infatigabilis ad nocendū:insaciabilis ad pdendu3: implacabilis ad placādū:horribilis ad meditandū:intollerabilis ad sustinendu3:inuisibilis ad intuendū:ꝛ sic de alijs cōditionibus malis infra dicendis. hec de primo

Dyabol9 est
- Subtilissim9 in intellectu
- Astutissimus in malicia
- Expiētia tpis vsitatissim9:
- Audicia procacissimus
- Discursu velocissim9 ꝛ i fatigabilis ad nocendū
- Insaciailis ad pdendum
- Implacabil' ad placandū
- Horribilis ad meditādū:
- Intollerabil' ad sustinēdū
- Inuisibilis ad intuendū:

¶ Circa secundum est Notandum ꝙ dyabolus cu3 sit astutissimus habet diuersas artes ad temptondū siue diuersa artificia:per que homines tanq̄m venator aut piscator capit:trahit.decipit:ꝛ inuoluit. Unde leo papa in quodam sermone. Non desinit hostis antiquus deceptionum laqueos vbiq3 pretendere:et vt quomō fidem credentium corrumpat instare: hinc est ꝙ diuersis artib9 homines inuadit vt eos capiat vt patebit infra ꝛ tangit Wilhelmus vbi supra sententialiter.

Sermo Duodecimꝰ

Aſtucia dyabo. temp. ... ſcupiditatis gule
Ex complexionum noticiam: quia nouit cui adhibeat eſtus
Omĩes ⁊ in omni genere temptationis omni tẽpe ⁊ loco ſi
permittatur a domino temptando
Procaciter frequenter ⁊ aſſidue temptat vt muſca q̃ repul
Crudelitate: qꝛ crudelitas eiꝰ eſt inſaciabilis ſſa redijt
Omnia bona quantum poteſt perſequitur ⁊ extinguit

B Prima ars aſtucie dyaboli: quia habet noticiaꝫ ꝯplexionum hominũ ⁊ ideo noſcit: cui adhibere debeat eſtꝰ cupiditatis: cui gule ille cebras ingerat: cui apponat incitamentum luxurie: cui infundat virus inuidie. Nouit quem merore concuciat: quẽ fallat gaudio: quem metuat: quẽ adminoratione ſeducat. omniũ diſcutit ꝯſuetudines: ventilat cauſas: ſcrutatꝰ affectus: ⁊ inquirit cauſas nocẽdi vbi queqꝫ viderit ſtudioſius occupari ⁊ ſic de alijs.

Exemplũ reffert Vin. vbi ſ. Cũ religioſus quidaꝫ correptus eſſet a demone: alius q̇dam interrogauit demonem adiurando quõ vocaretꝰ. Reſpondit ꝙ millcartifex vocaretur: quia mille artes habebat hoĩes ſeducendi. Et vt ſcias ait ꝙ verum dico Ego ſum q̇ decipio magnos theologos: decretiſtas. legiſtas. phiſicos. barones. milites: ꝑpoſitos: mercatores ⁊ cetos Et ꝯſeqńter cepit ſingulorũ mores ⁊ geſtꝰ: v̄ba ⁊ officia repſentare vſqꝫ ad domicellas q̃ ſuiunt i chameris dñarum: blandiendo: adulando: ⁊ molliter alloquẽdo. Ideo legit in vitaſ. ꝙ abbas cuidã fratri dicẽti ſibi: frater quidã reuerſus eſt ad ſeculũ. rñdit: non mireris frater hoc: ſꝫ de hoc mireris: ſi quis euadere poterit de ore ⁊ laq̃eis inimici

E Scđa aſtucia diaboli: qꝛ tẽptat generaliter oĩs ⁊ omi genere temptationis. omi tpe. ⁊ oi loco: ſi a dño ꝑmittatꝰ. Vñ di. Bern. Nullus eſt locus ſecurus Vnde temptat omni tempore et loco: quia nulli parcit feſtiuitati: ymmo magis tempe ſacro ꝙ alio tempore: neqꝫ parcit loco: q̃a magis in loco ſacro

dum homines orant: etiā au
diendo missaꝫ: q̄rit eos auer-
tere a deo q̄m in alio loco.
Nulli etiā parcit etati: digni-
tati: statui: sexui. aut sanctita
ti: quia nec xp̄o pepercit: sed
triplici genere temptationis
ip̄m temptauit. Math. iiij.
Et Luc. iiij. ꝯm illud apl̄i ad
Heb. iiij. Temptatū aūt per
omia: bene ergo verificatur
de eo illud Abacuck. j. Totū
in Hamo subleuauit: traxit il
lud in sagena sua: ⁊ cōgrega-
uit in rethe suum. Sed licet
dyabolus generaliter om̄es
temptet: tn̄ libenciꝰ ⁊ studio
sius temptat maiores ⁊ san-
ctiores ⁊ de coꝝ deiectione
amplius gloriat̄ Exemplum
illius habemus in vitaspatꝝ
Dixit quedaꝫ senex ꝙ cum
essꝫ puer filiꝰ sacerdotis ydo
lorum in coꝝ templum intra
uit cum patre suo vbi vidit d̓
nocte excitatus: principeꝫ de
monioꝝ i solio sedentē ⁊ ciꝰ
exercitum assistenteꝫ ei: quē
vnꝰ adueniens adorauit. Re
quisitus vnde venisset ⁊ q̇d
egissꝫ: dixitqꝫ in illa ꝓuincia
vbi fuerat mltas guerras cō
citauerat ⁊ multā sanguinis
effusionem ꝓcurauit requisi
tus in quāto tp̄is spacio hoc
egisset. R̄n̄dit in. 5. diebꝰ quo
dicto multū flagellari iussus
est. pꝰ hunc venit alius ⁊ idē
faciēs dixit ꝙ multas naues
in mari submersit: ducentos
hoīes occiderat in spacio se
cundo dieꝝ: ⁊ similiter iussus
est flagellari Tercius aūt ve
niens ⁊ similiter faciens di-
xit se fuisse in nupcijs vbi in
spacio duodecim dieꝝ multa
prelia concitauerat: ⁊ mltos
cum sponso occiderit ⁊ simi
liter iussus est flagellari. Ve
nit quartus qui cū adorasset
eum req̄situs de factis suis
R̄n̄dit se venire de heremo
vbi ꝑ xl. annos monachū tē-
ptauerat ⁊ vix tandē fecerit
ꝙ in vnaꝫ fornicatiōꝫ cecide
rit: hic ꝑ ceteris honorat̄ et
corona regia in cathedra ei
imponitur ⁊ ab alijs honora
tur: dicentibus oībus ꝙ ma-
ximum quid fecisset. ❡
Tercia astucia q̇a ꝓcaciter
freq̄ter ⁊ assidue temptat
vt musca que semel repulsa
redijt semꝑ: ⁊ sicut canis im
pudicus per vnam portā ex-
pulsus redijt per aliaꝫ. Tem

ptat ergo frequent̄ ꝛ assidue
Vñ Grego. assidua tempta
tione temptat vt saltē tedio
vincat Et in ps̄. Circũdede
runt me sicͭ apes que sunt im
pbissime. Et qñq3 dyabolus
in hac malicia temptandi p/
seuerat diutissime: sicut pat3
de heremita que3 temptauit
xl. annis quousq3 eum vicit.
Primo p vanam gloriam:
postea p tedium in oratione
Tandē per luxuriā. vnde cō
tinue postq̄ repellitur redit.
sicut musca licet qñq3 pauset
Exemplũ illius habemus in
vitaspatꝝ q̄ quidā heremita
ductus ab angelo in quendā
locum vbi erat congregatio
monachoꝝ vidit omnes offi
cinas plenas maxima multi
tudine, demonioꝝ volitantiũ
ad modum muscaꝝ. Veniēs
aũt ad ciuitatem vbi erat fo
rum ibi vnum solũ demone3
repperit satis ociosum super
portas ciuitatis ꝛ heremite
miranti ꝛ causam istoꝝ que/
renti Rñdit angelus quia in
ciuitate oīes voluntatē dya
boli faciebant ꝛ ideo vn⁹ ibi
sufficiebat. In abbacia vero
quia oīs monachi turpiter
expellebāt demones ꝛ rebel
les eis erant ideo ibi multi
erāt ꝛ monachos acriter im
pugnabant qñ eñ castrũ su/
um quis tenet pacifice ꝛ pos
sidet ad voluntatē suam suffi
cit vnus castellan⁹ qui castꝝ
custodiat sed qñ habet insidi
as inimicoꝝ tunc possidet il
lud cũ multitudine armatoꝝ
donec subiugauerit inmicos
suos ¶ Quarta astu
cia dyaboli: q2 dyabolus cru
delissimus est: cuius crudeli/
tas est insaciabilis. Et ideo
temptat crudeliter: quia ꝑm
Bern̄. est insaciabilis homi
cida. Apparet aũt crudelitas
dyaboli ex mltis. Primo q2
bonis inuidet ꝛ persequitur
eos quantũ potest: ta3 per se
sicut primos parētes. ꝛ Iob
q̄m per suos sicͭ filios israhel
p pharaonē. per philisteos. p
moabitas: amorreos. Nabu
chodonosor: ꝛ alios multos
Innocentes pueros per he
rodem. Primitiuā ecclesia3
per Neronem ꝛ alios tyran
nos. Hic est draco ille ruffus
ꝛ magnus: qui volebat deuo
rare masculum mulieris q̄m
cito cum peperisset Apoc.

xlj. Secundo hinc appar; eius crudelitas:quia de con uersione peccatorum valde dolet:bonos ⁊ oia bona quã tum potest impedit videlicz orationem:bonum ꝓpositũ: ieiunium:elemosinam ⁊c̃. Exemplum habem⁹ de bea to Frãcisco qui semel demo num penas horribiles susti-nebat:qui manu ad manum cum illo durissime ꝯfligentes nitebantur ipsum ab oratio-nis studio per turbare. Ite; de beato Martino qui cu; ordinatus iret ad patria; ad conuertendũ parentes suos apparuit ei dyabolus dicens ꝙ aduersaretur ei in omnib⁹ factis suis:qui respõdit dñs mihi adiutor nõ timebo: Itẽ in vitaspatrũ legitur in vita beati Anthonij ꝙ vocat⁹ vt videret:raptns vidit demonẽ horribilem ⁊ terribilẽ haben tem caput vsq; ad nubes :et quosdam volare vsq; ad ce-lum nitentes quantum pote rat impediebat.quosda; ma nibus retrahebat: quosdam ad terram manibus collide-bat:quosda; aũt nõ poterat: sed supuolabat. Ite; de quo dam nouicio ascendente per scalam:⁊ sequente sanctum Benedictum qui vidit i quo libet gradu scale duos demo nes.alij eum retrahebant. ⁊ alij in eum impingebant.alij cum suffocabant:quin tamẽ cum beati Benedicti adiu-torio euasit. ¶ Quinta astucia dyaboli ꝙ solũ ex ma lignitate bonos impedit:sed etiam inquantum potest oia bona psequitur ⁊ extinguit. Unde comparatur eius tem ptatio Aquiloni de quo Ec-clesi.xliij. In conspectu eius cõmouebũtur montes Uox tonitrui eius verberabit ter ram. Tempestas aquilõis et congregatio spũs Et sequit̃ ibidem exuret desertũ ⁊ extĩ guet viride sicut ignem. Hic est ventus vehemẽs a regio ne deserti opprimens oẽs liberos Job vt job habet̃.j Hij sunt madianite ⁊ amale chite: qui intrantes terram israhel nihil ad vitam perti-nens ibi reliquerunt Josue sexto capitulo Ecce quomõ dyabolus bonis hominibus in

festus est. Exemplum illius habemus in vitaspatrũ. Vñ abbas moyses ita im pbe tẽptatus fuit ꝙ in cella sua stare non potuit ꝑ temptatione carnis ⁊ fugit ad abbatẽ ysidorum: qui facta oratione dixit ei ꝙ ascenderet in superiora celle sue ⁊ respiceret ad occidentẽ quo facto vidit infinitaꝫ multitudinẽ demonũ furencium ⁊ fremencium ad prelium ⁊ ignea tela piciencium contra ipsum. Et dixit ei abbas ysidorꝰ noli timere quia plures nobiscum sũt ꝙ̃ cum illis. Respice ad orientẽ qui respiciens vidit infinitaꝫ multitudinem angeloꝝ ⁊ dei gloriosum exercitũ similiter sub lumẽ solis splendenteꝫ q̃ visione confortatos ad cellã suam rediit. ¶ Ecce habetis ꝙ et si demones sunt multi fortiter temptantes tñ angeli dei sunt plures fortissime si facimus qd in nobis ẽ nos adiuuãtes ne vincamur ¶ Ex premissis habemus ꝙ dyabolus fortius ⁊ acrius tẽptat illos qui eius voluntatẽ fugiunt quia sicut dicit Gre. Illos dyabolꝰ temptare negligit quos q̇eto iure se possidere sentit. Sicut qñ aliqs tenet ꝙ̃ in carcere suo cõpeditum sufficit vnus ei qui eũ custodiat ⁊ sepe videat sꝫ cũ fugiens euadit tunc post euꝫ mittit multitudinẽ magnam dicens persequimini ⁊ comprehendite eum. Vñ Augꝰ. Cottidianis discimus experimentis illos qui conuerti deliberãt acrius temptari a cõcupiscencia carnis ⁊ eos grauius in operibꝰ luti ⁊ lateris ⁊ platearum premi qui egiptum egredi ⁊ pharaonẽ fugere molliuntur: Ideo dicitũr Eccles. ij. Fili accedẽs ad seruitutẽ statim iusticia ⁊ timore ⁊ prepara animã tuã ad temptatióꝫ quasi diceret: Necesse est quia valde insidiatur bonis. Exemplũ patꝫ s. F. Exemplum etiam illiꝰ habemus de beato Benedicto Et de beato Francisco quem in cõuersionis sue principio pater retrahere nittẽbatur. Item de beata Clara eius parẽtes in multitudine congregati violenter eaꝫ retrahere ⁊ ad domum patris reducerẽ conabãtur ⁊ sic de

multis alijs. Sic ergo habe
tis multiplicē demonis mali
ciam ⁊ astuciā quibus nitiť
homines deicere in laqueuz
mortalis peti ⁊ magis eos q̄
meliores et sanctiores sunt.
Simus ergo iuxta doctrinā
apostoli Petri in v̄bis the
matis sobrij ⁊ vigilemus ne
aduersarius noster dyabolꝰ
deuoret nos tanquā leo ru-
giens : quod vtiqz obtinere
possumus inuocando auxili
um diuinum ⁊ faciēdo qđ in
nobis est: quod ⁊ p̄stare no-
bis dignetur dominꝰ noster
ihesus christus in secula be-
nedictus Amen.

Non timebis a timore
nocturno a sagitta volāte in
die a negocio per ambulan-
te in tenebris. ab incursu et
demonio demeridiano. ps̄.
lxxx. Sermo.xiij

N precedenti ser
mone audistis de
malicia demōis in
se: quia dyabolus habet con
tra nos inimiciciam in paci
ficabilem: maliciā incogita-
bilem: virtutem inuincibilez
⁊ motum inquietabilez. Ex
quibus etiam causis timen-
dus sit dyabolus: quā multi-
plices habeat astucias in tē
ptando ⁊ de his exempla fa
cientia ad ppositū ⁊c̄. Nūc
ꝯsequenter videndum est de
diuersis modis tēptandi qui
bus deicit paruos ⁊ magnos
doctos ⁊ indoctos: bonos ⁊
malos. Tales autem modi
quāuis sint multi: tamē redu
cuntur ad quattuor modos
principales qui tangūtur in
verbis prophete in thema-
te descriptis. Pro gra
tia Aue maria.

Non timebis a timore
nocturno ⁊c̄.

A Circa hec verba the
matis est notandum scđm
Bernardum in sermonibꝰ
super Can̄. ⁊ sup ps̄. qui ha
bitat. Et idē describit Vin.
in speculo morali. lib. 3. parte.
j. de temptatione. q licz dya
bolus sit mille artifex ⁊ om-
nes artes ⁊ astucias q̄s po-
test ⁊ deus sibi pmittit exer
cet in temptando vt patz ex
premissis quia ipse est magi
ster errorum ⁊ viciorum ad
quoꝝ inductionez studet die
ac nocte ⁊ diu ita studuit vi-
delicz a pricipio sui casꝰ: nec

vnquā fatigatur ymo oēs apparentias sophisticas: et fraudulentas in malis mori-bus in erroribꝰ infictis ꝛ deceptorijs miraculis inuenit. attamen oēs modi tēptationum eius reducunt̄ ad quatuor principales de quibꝰ dicam deo auxiliante in p̄senti ſmone quantū potero. Et sunt hij quatuor modi notati in verbis thematis vt supra qui ſm glosaȝ sic enumerantur videlicet.

Temptaionum.alia.
Leuis ꝛ oculta qui notatur cum dicit̄. Nō timebis a timore nocturno.
Leuis ꝛ apta cū d̄r A sagitta volante in die
Grauis ꝛ occulta cum dicitur. A negotio ꝑambulante in tene.
Grauis ꝛ aperta cum dicitur Ab incursu et demonio meridia.

B Prima temptatio dicit̄ leuis ꝛ occulta quādo dyabolus in aliquas visibiles similitudines se trāffigurans hominū vel animalium: viros sanctos ꝓuocat ad aliqs leuitates vel cum qs timet melioratōem vite aut ingressum religionis ꝓpter vigilias abstinētias et ceteras carnis afflictiones non modicuȝ enim timorem ingerit horror vite artioris prius insuete maxime hijs qui se nō sciūt reuelare per orationis suffragiūȝ ꝛ ꝑ meditationes sanctas quaȝ ad huc non acceperūt vsum. Talis aūt timor aduersoꝝ carni vocat̄ nocturnus in verbis thematis cum dicit̄. Non timebis a timore nocturno id est nō timebis a temptatōe qui olet fieri ꝑ timoreȝ molestiaȝ carnis ꝛc̄. Exemplū illiꝰ Legit̄ in vita beati Dominici ꝙ ei oranti dyabolus in specie fratris apparēs ꝓuocabbat eum ad silentij fractionem quā cū sctūs dyaboluȝ esse ꝯgnoscens: adiurauit eū vt diceret de quo fr̄es temptaret in choro Respōdit facio eos tarde venire in deuote psallere ꝛ cito exire. Interrogatꝰ de quo tēptaret eos in dormitorio dixit facio eos nimis dormire tarde surge-

re ꝛ de diuino officio rema-
nere et interdum inmundas
cogitationes habere. ductꝰ
ad refectoriū saliens sup mē
sas sepius repetēdo dicebat
quia scꝫ quosdā faciebat mi-
nus comedere vt deficerent
in dei seruicio alios plus vt
delinqueret. Ductus ad lo-
locutoriū linguam crebro re
uoluens ꝛ ꝯfusionis mirabi
lem sonum ꝓmens ayt. Hic
locus totus meus est. Cum
enim fratres ad loquendum
ꝯueniūt ipsos temptare stu-
deo vt cōfuse loquantur et
multis se verbis inutilibus i
misceant ꝛ vnus alium non
expectet deniqꝫ ductꝰ ad ca
pitulum stans ante hostium
dixit. Hunc locum nunquaꝫ
ingrediar quia locus male-
dictionis ꝛ infernꝰ mihi est
quia quitquid possuꝫ in alijs
locis acquirere hic ammit-
to. Ex illis habemꝰ ꝙ
sepe dyabolus temptat ho-
mines de leuibꝰ vt ad graui
ora perueniant vt de verbis
ociosis ex quibus frequēter
ad noxia dilabuntur. Unde
Gregori.in mo.dum ociosa
Verba cauere ,negligimꝰ

noxia peruenimus [vt prius
aliena loq̇ libeat ꝛ postmo-
dum detractiouibus eorum
vitam de quibus ,loquimur
mordeamus. Unde dicitur
quis temptari a timore no-
cturno quādo ꝓ bonis eter-
nis que non videt formidat
presentia aduersa tollerare.
Nox enim in scriptura dicit̃
aduersa. Expellit hūc timo-
rem apostol.ad Roma.viij.
cū ait. Non sunt ꝯdigne pas
siones huiꝰ temporis ad fu-
turam gloriā q̇ reuelabit̃ in
nobis tali timore homo tem
ptat̃ cum iudicat se nō posse
ieiunare:mane surgere :ser-
mones audire:corpꝰ castiga
re Sed ꝯtra hunc timorē de
fendit veritas vt ptꝫ insequē
ti folio. Quandoqꝫ aūt vsqꝫ
ad asperas ꝯtumelias verbū
erumpit hinc seminant̃ dis-
cordie:oriunt̃ rixe:accendūt̃
faces odioꝝ ꝛ pax tota exti-
guit̃ cordium :sepe etiam ex
iocosis actibꝰ modica occa-
sione suborta pueniūt homi
nes ad v̇ba ꝯtumeliosa et a
verbis ad verbera ꝛ nōnun
ꝙ ad gladios ꝛ ad mortē qꝫ
et ab vna cintilla auget̃ ignis.

Ecclesiast.xj. Sic ergo habetis primū modū temptationis dyaboli q̄ dicit̄ leuis. ꝛ occulta quā ꝓpheta innuit. di. Nō timebis a timore nocturno. Et bene dicit̄ timor nocturn⁹ qꝛ nox ꝑm Gerū. solꝫ designare aduersa. Jdō dicitur timor nocturnus .id ē timor aduersitatū vel ideo quia ꝓ bonis eternis q̄ non dum videmus formidamus tollerare aduersa. C

Contra hanc temptationem est veritas ꝑm illud ps. Scuto circūdabit te veritas eius. Unde veritas hoīem defendit vt non possit ei hec temptatio dominari. Nam ipsa Ueritas ingerit interioribus oculis hominis ꝛ eū cogitare facit plura ꝑ quis huiusmodi temptatio vincitur videlicet primo peccata qui fecit contra diuinā maiestatem ex quibus cognoscit iustum esse vt ab illis nunc abstineat in quib⁹ prius male delectando deliquit.

Secundo Ueritas ingerit meditationem eternoꝝ suppliciorꝫ qui per sua peccata meruit vt ꝯgnoscat q̄ omnia q̄ hic patitur sunt quasi delicie in comparatione earundem. Tercio ingerit memoriam eternorum premiorum in celo ad qui tendimus :ꝛ quibus homo peccādo meruit priuari de quibus dicit apostol⁹. Non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriam q̄ reuelabitur in nobis ad Roma.viij. Quarto Ueritas ingerit meditationē corum q̄ ꝓ nobis christus d'ns ptulit que si homo cōsiderat merito erubescit nōn sustinere pro se ipso ꝛ propria salute aduersa.si summus dominus pro nobis sustinuit tanta qui tamen ei sumus serui inutiles. Quinto Ueritas ingerit homini memoriam mortis ꝓprie que est certissima.horavero incerta nescit enim homo an hac die vel hac hora spiritus ei⁹ ab eo auffertur ꝑducendus ante conspectū iudicis strictissimi recepturus penam condignam pro commissis qd̄ si homo diligenter attenderet qui se in peccatis mortalib⁹ esse cognoscit merito totum

cor ꝛ corp⁹ eius deberet. tre pidit are sed quia homo hec non attēdit ideo aduersa pa ti refugit ꝛ delectatiōes car nis non refugit. ❡ Se cunda temptatio dicit̄ leuis ꝛ aperta quā propheta tan git in verbis thematis dicēs a sagitta volante in die vbi p̄ sagittā intelligit̄ vana laus hominū siue vana gloria. si cut enim sagitta volat sic et fama volare dicitur ꝛ in die quia ex operibus bonis ori tur q̄ in scripura dies et lux nuncupantur Unde demon videns hominem pseuerare in bene inchoata laudabili vita vt eum ab hac auertere possit temptat illa scdā tem ptatione vt p̄ hoc non soluz eū peccare faciat: sed ꝛ ope ra sua sibi faciat infructuosa Ita quādoqȝ ieiunātes aut se macerantes aut elemosi nam liberaliter dātes vel cō tinentes virgines aut vidue ꝛc. superbiunt de bonis suis vel vltra quāȝ oportet habent ꝯplacēt iam in laude hoim. Et si nō laudant̄ opera sua faciunt alios scire vt cogno scant si ex hoc ꝯmedent̄ vel non. Jdeo dicit dn̄s Mat. v. Attendite ne iusticiā vr̄aȝ faciatis coram hominib⁹ vt videamini ab eis scȝ ad va naȝ gloriā ꝛ sequit̄ altoquin mercedem non habebitis Hac etiam temptatione se pe boni p̄ dyabolū inducun tur ad aliqua leuia verba vl̄ facta quia sicut sagitta volat in aere ita verbū ex ore ho minis statim labitur Et hac temptatione intelligi potest illud Exod. x. ventus vrens leuauit locustam et proiecit in mare: demones enim cō parantur vento ꝓpter velo citatem sed dicuntur ventus vrens quia grām deuotōnis exiccant. Tunc autē ventus vrens leuat locustas qn̄ de mones de loco ad locum di scurrentes ad aliqua leuia v̄ ba vl̄ facta excitāt leues mē tes sed ad hoc eleuant vt ꝓ iiciant in mare. i. in amaritu dinem infernalē. aliqn̄ enim demones de velocitate sua subito ꝓnunciāt q̄ i remotis ptibus facta fuisse viderunt vt sic in alijs credit̄ eis ꝛ vt sic credat̄ esse reuelatio diui na qd̄ tamen est temptatio

dyabolica. Vñ di. Vincen.
in ſpe.mo.vbi ẽ. Dyabolus
eſt ſimilis cuidam aiali mon
ſtruoſo qd dicit monticora
qđ faciẽ habet homis ſibilũ
ſerpẽtis: corpus leonis: cau-
dam ſcorpionis: velocitateꝫ
auis volantis tres ordines
dentium ⁊ carnes humanas
appetit ad edendũ. vñ bene
dyabolus caput habet homi
nis ⁊ ſibilum ſerpẽtis qꝛ pri
mo tẽptat rationabilit ⁊ ſub
tiliter de tribus ſcꝫ ꝯcupiſcẽ
tia carnis oculoꝝ ⁊ ſuperbia
vite iſti ſunt tres ordines dẽ
tium. Corpus habet leonis.
qꝛ detinet fortiter. Caudam
habꝫ ſcorpionis: quia in fine
pungit nequiter. Volatum
auis qꝛ diſcurrit velociter ⁊
ideo etiam dꝛ vbi ẽ. ſagitta
volans. hoim carnes appe-
tit vt carnales feriat attro-
citer. Ex quo infert ꝙ
dyabolus temptat leuiter et
aperte quando viſibilit tem
ptat de leuioribus vt ad gra
uiora perducat. Exem
plum legitur in vitaſpatrum
Cum quidã fratres veniſſet
ad beatum Anthoniũ vt ab
eo quererẽt de quibuſdã re-
uelationibus ſibi factis pre-
dixit eis quedam q̄ fecerunt
⁊ acciderãt eis in via. Mi-
rantibus autẽ illis ⁊ querẽ
tibꝰ quomo hoc ſciret reſpõ
dit ꝙ hoc ei reuelauerant de
mones qui hoc viderunt ve
lociter recurrentes ⁊ ꝙ hec
q̄ ipſi credebãt eſſe diuinas
reuelationes erant demonũ
deceptiones qui ex hoc hu-
miliati ⁊ edificati a btõ An-
thonio receſſerunt. C

Contra hanc temptatio-
nem defendit veritas homi-
nem quẽ quaſi ſcuto circun-
dat vndiqꝫ quia inter hãc ſa
gittam in die volantem ſiue
ventum vrentem ⁊ inter ho
minẽ ne eum ledat interpo-
nit obſtaculum ſcꝫ vt homo
ſeipſum vere cognoſcat ⁊ vt
de ſe in omnibus teneat ve-
ritatẽ ex hoc enim fit ꝙ ho-
mo non credit verbis vane
laudantium cum nec blandi
tur ſibiipſi falſis adulatõni-
bus cogitando et credendo
de ſe bona que nõ inſunt ſed
vt veraciter agnoſcat ſuam
propriam, impfectionem ꝓ-
pria peccata ⁊ mltiplicia cor
poris ⁊ anime mala atqꝫ in

numera picula in quib9 hic sine intermissione versatur. ista enim veritas et vera hominis de se estimatio. haud dudum humiliat eum vt non tam facile moueatur verbis adulantium ad inanem gloriam. Quomodo enim quis se extollere potest vel audet aut se alteri pponere si redit ad cor suum cogitādo quid fecerit an voluntate vel ope peccando q̄m multa mala fecit q̄ etiaʒ fateri pudet et de quib9 certus est qualiter nō potest esse certus de malis cuiuscūqʒ alterius hominis. Et ita intelligat de alijs defectibus hominis q̄ innumerabiles sunt ymo si in eo sūt aliqua bona nature: habʒ bene timere ne ista sibi sint occasio ad peccandum si vero fortune idem timere habet. si gratie habet de illis et omnibus alijs bonis districtaʒ deo reddere rationem: ideo di. aplus q̄d ē q̄ nō accepisti q̄ si accepisti cur gloriaris q̄ si non acceperis. j. ad Corinthe. quarto. Neqʒ secur9 est homo de huiusmodi boni retentione ad vnam horaʒ fm illud. j. ad Corinthe. x. Qui stat videat ne cadat et c̄.

¶ Tercia temptatio dicitur grauis et occulta et hec significatur p negocium perambulans in tenebris q̄n̄do videlicʒ demon temptat hominẽʒ ad altos status honores presidentias diuicias et huiusmodi vt si quis non curat laudem hominum curet tamen forte presidētias: diuicias Sic ergo dyabolus sub specie boni pponit si tu esses in tali statu posses multa bona facere: excessus corrigere: iusticiā facere et paceʒ. Si tu eēs diues posses pauperibus subuenire et multas elemosinas facere et c̄. sʒ hoc facit dyabolus vt cum ad talia puenerit facilius hoiem deijciat quem alias vincere non potest et c̄. Et sic tandeʒ facit vt homo p ypocrisim q̄rat attingere huiusmodi et c̄. Et fm Herub. Hoc est fm ypocrisim que ex ambitione taliuʒ frequēter descendit q̄ et in tenebris ambulat q2 abscondit q̄d est: et illud q̄d nō est mentit: ostendēs in se formam pietatis et sibes vanes

quas non habet: ⁊ hoc ideo
vt possit ad presidētias altos
status ⁊ alia male ꝯcupitali-
um ītuitu peruenire: ab hac
peste defendit hoīez veritas
di. illud Ma. xix Diues di
ficile intrabit in regnū celo-
rum. Et iterum Ma. xvj.
Quid prodest homini si vni
uersum mundū lucret ⁊ ani-
me sue detrimentum paciat
Et. j. ad Thy. vj. Nihil intu
limus in hunc mundū haut
dubium: qꝛ nec auferre quid
possumus: habentes autem
alimenta ⁊ quibus tegamur
his ꝯtenti simus Et sequit.
Nam qui volunt diuites fi-
eri incidunt in temptatōem.
⁊ in laqueos dyaboli ⁊ in de
sideria multa inutilia ⁊ noci
ua q̄ mergunt homines in in
teritum ⁊ in ꝑditionē: ita ⁊
veritas ꝯtra altos status et
presidentias dicit: potentes
potenter tormēta pacientur
Sap̄. vj. Et Job. xj. Ducūt
in bonis dies suos ⁊ in pun-
cto ad inferna descendunt. ⁊
illud quāto gradus altior tā
to casus ꝓfundior. Pre-
missis tribus tēptationibus
Dyabolus tēptauit christū
Mathei. iiij. ⁊ luce quarto
Prima quia suadebat si
bi esurienti de lapidibus fa-
cere panes. Scda suade-
bat vanam gloriā vt se mit-
teret deorsum de pinnaculo
templi si filius dei esset.

Tercia fuit de ambitōne
⁊ cupiditate quando omnia
regna mundi sibi promisit si
cadens adoraret eum.

Quarta est tempta-
tio ꝑiculosa. Et illa dicitur
grauis ⁊ apta q̄ tangit cum
dicit: ab incursu ⁊ demonio
meridiano. Hac tēptatione
dyabolus viris iustis sepe sua
det malū sub specie boni. et
viciū sub specie ṽtutis sicut
suꝑbiam vt si q̇s ē eleuatus
ad dignitates vl̄ statū aliq̄
in quo sibi proponunt cause
q̄s in veritate nō scit discute
re: tūc dyabolus immittit ei
cogitatum tu es huius rei iu-
dex: verecundū eēt tibi q̄re-
re ab alijs qd iuris esset vel
ab inferioribus te: qꝛ ex hoc
dicerēt te indoctū ⁊ insuffi-
cientē ad statū tuū ⁊c̄. Ita
⁊ auariciā suadet ṗtextu ꝓ-
uidētie ⁊ misericordie vt pos
sit tandē tpe caristie paupe-

fibus subuenire: cum tñ tali tpe adueniéte eque care ta-les védunt sicut alij: sic etiaz suadet nociuam remissioné sub specie misericordie cru-delitaté sub specie vł colore iusticie zc. Et hoc facit ad modũ fraudulétissimi merca toris: q̃ fictilia fragméta vé-dit p gemis: siue vitrũ p la-pidibus pciosis: vitz viride p smaragdo: vitz rubeuz p rubino: siue carbunculo: cu-prum p auro: stannũ pro ar-géto z sic de alijs similibus fraudib9. Ita etiã non nun-quã dyabol9 sub spé magni boni z pfecti suadet homini id q scit sibi fore occasionez piculi z damni siue ruine: vł q est melioris boni impedi-tiuuz sicut qñqz suadet face-re multa vota q̃ scit homiez non posse implere z tñ ex v bo pphete obligatũ. Uoue te z reddite: z ita tandé red dit timidum: pplexum: z de speratũ. Deberét ergo vo-ta fieri cũ magna deliberati one. Illius dant plura exé-pla. Gerũ. sup cañ. Et wil-helmus in lib. de vir. Mul totiés enim suadet fratri in discrete assumere singularia z voluntaria ieiunia vt cum diuinis obsequijs reddat in utilem: sic multotiés in festi uitatibus suadet vni antici-pare vigilias regulares: et consuetas: vt ei postea illu-dat dormienti. Sic aliquan-do suasit aliquib9 heremi so litudiné: qui postea bene sen serunt quaz verus sit sermo ve homini soli: quoniaz cum deciderit: non habet suble-uanté se. Talis ergo tépta-tio dicit demonium meridi-anuz id est valde graue z pi culosum sicut i meridie dies in maiori est vigore. ¶ Ad custodiédũ se ab illo de-monio meridiano z ad cua deudũ deceptónes eius mł tum valet ymmo necessaria est illustratio spũssancti qui est verus magister suggerés omnia quicũqz facere debe mus ẜm illud. Johan. xiiij. ipse docebit vos omné veri tatem. Ad hoc etiam mul tum valet habere noticiam virtutum et fantasticam ac falsam earum ymaginé quã-uis hoc sit difficile scire in singulis eo q non nunquã in

virtus z viciū sic similia sūt vt vix abinuicem possint discerni sicut dic. Jero. ad demetriadē virginē Et Senec. dicit ꝙ Non omne verisimile est verum: multa eīn falsa veris assimulant: ideo cōtra talem temptationez deuote orandum est vt quotiēs palliata falsitas nititur nos decipere: mox ad perdendū illaz domin⁹ emittat lucem z veritatez suam in corde vestra ver⁹ meridies qui illuminat omnem homiem venientez in hunc mundum iesus christus in secula benedictus. Amen.

Vigilate qꝛ aduersarius vester dyabolus tanquā leo rugiēs circuit querēs quem deuoret. j. Pe. v.

Sermo. xiiij.

In precedenti sermōe audistis quadruplicez temptationem demōnis quā describit propheta. in verbis illis. Non timebis a timore nocturno zc. sicut patet in premissis. Nūc ꝯsequēter vidēdum est de alijs duob⁹ grauissimis tēptationibus quibus dyabol⁹ seruos dei temptat ostendēdo illis res vel visibiles z sensu ꝑceptibiles aꝑte z occulte. Et ille pūt etiā reduci ad vltimas duas temptationes in ꝑcedenti ſmōe expressas videlicz ab incursu et demonio meridiano et a negotio ꝑambulāte in teneb. zc. ꝑ gr̄a Aue maria

Vigilate quia aduersarius vester zc.

A Circa illa verba thematis Notandū ſm Augu. ꝙ dyabolus dꝛ leo et draco. leo qꝛ aperte irascit̄. Draco vero qꝛ occulte insidiat̄ Vn̄ ꝑpheta in ps. xxj. Loquens de iudeis in ꝑsona xp̄i q̄ instigatione dyaboli persequebant̄ xp̄m vsqꝫ ad mortē ait apperuerūt sup me os suum sicut leo rapiens z rugiens. Ecce tēptatio grauis aperta. Et de occulta ait ps. draco iste quez formasti ad illudendū ei saltim in sensu litterali. Et de vtraqꝫ dicit̄ Super aspidē z basiliscum ambulabis et conculcabis leonem z draconem Consequenter in speciali de vnaquaqꝫ illarum temptationū

videndum Est notandum q temptatio grauis ⁊ patens est quando dyabolus aperte temptat. Et hoc fit quadrupliciter. vm Alan. in sūpe. m̄o. li. 3. par. j. de tep. dist. vj.

Tēptatio grauis ⁊ aperta ē quadruplex

- Res corpales visibiles ⁊ appetibiles oculis ostendendo
- Seipsum trāsfigurando in diuersas reruz similitudines
- Personas christi angelorum vel sanctorum mendaciter representādo
- Persecutiones ⁊ pugnas sensibiles per se vel suos attrociter inferendo

Prima ergo temptatio grauis ⁊ aperta est sensualis qn̄ dyabolus ostendit oculis corpalibus res visibiles que possunt anim videntis allicere ad sui concupiscentiaz sicut fecit beato Francisco ostendens ei in via bursaz magnā quasi pecunia multa plenam quam cum socius eius suaderet accipi ⁊ i elemosinas mittas dari sanctus prohibuit sentiens machinamentū dyaboli sed cum socius non quiesceret permisit sanctus vt videret socius manifeste dyaboli fallaciam cum itaqz socius bursam leuare extuit inde serpens ⁊ postmodum cito disparuit: simile fecit btō Anthonio sicut legit in vita eius cum fugeret seculum ⁊ iret ad heremum in via inuenit discum argenteum: quez cuz recusaret accipere dicens esse insidias dyaboli vt fumus euanuit postea apparuit ei in ipsa via massa veri auri. quod velud incendium fugit. Similiter cuz dyabolus qn̄qz obicit alijs sensibus sibi delectabilia pot dici talis tēptatio sensualis ⁊ apta. vt sonoros auditui odores olfactui: sapores gustui: suauia ⁊ delectabilia tactui: tunc enī q̄si p portas vrbis attemptat capere ciuitatem vt abimelech de quo Judicum. ix. dr q appropinquās hostio sinc porte turris ciuitatis thebes in qua turri erāt viri ⁊ mulieres

se defendentes nitebatur ig nem supponere id est rerum concupiscentiam ita similis est dyabolus obsidenti ciuitatez qui circuit quomodo inueniat in muro debilius. Noscit enim ad que homo inclinatur plus. Et ẜm hoc talia obicit ⁊ obijcere dispo nit sensibus exterioribus. vt supra. Item est similis lupo vl' leoni qui circuit oui le vt inueniat aliquam apertura⁊ aut foramen per qd in tret ⁊ deuoret iuxta thema. Vigilate quia aduersarius ⁊c. Ubi glosa describit octo genera temptationū dicens ¶ Circuit tanq̄m hostis obsidens muros clau sos: explorat an sit aliq̄ pars murorum minus stabilis cu ius aditu ad interiora penetret. Offert oculis formas illicitas ⁊ faciles ad voluptates vt sic ex visu siue ꝑ visum destruat castitatē aures ꝑ canora siue sonos dulces. vt molliat christianum rigo rem: linguā conuicio prouocat manum in iurijs lacescē tibus ad cedem instigat ho nores terrenos promittit vt celestes adimat. Et cum latenter non potest fallere: ad dit terrores: in pace subdol⁹ in persecutione violētus cō tra quam temptationez animus debet esse paratus ad pugnandum. ¶ Secūdo modo dyabolus impugnat sensus se transfigurādo in diuersas rerum similitudines extra: vt eos quos ludificat sub specie mulieꝝ trāsfigurando se in species mulierum qui dicuntur vulgari ter facere vel striges vl' que de nocte conueniunt ⁊ choreas ducunt vel quando apparet per adiurationes nigromanticoꝝ in diuersas re rum similitudines: vel q̄ndo simplicib⁹ vt equites hastiludia agētes vel penates ap parentes in forma pueri ⁊c. ꝑ quas trāsfiguratōes multi simplices sunt per demones decepti: donec ꝑ ꝑdicatōnis frequētiaz fallacie demonis denudarent: vt Uin. in spe. vbi ẜ ¶ Tercio mō dyabol⁹ ludificat ⁊ decipit ẜsus trāsfigurādo se in silitudinē xpi angelorum apostoloꝝ ⁊ alioꝝ scōꝝ vt sic menciēdo

illos incautos seducat secundum illud secunda ad Corin. xj. Angelus sathane transfigurat se in angelum lucis. Unde in vita beati Martini legitur quod dyabolus ei apparuit indutus purpura et corona aurea coronatus dicens ei quod esset cristus qui ad terras descendens primo sibi voluit apparere. et adorari ab eo. Cui Martinus. Respondit hiesus cristus non promisit se venturum in habitu regio et purpura. Et quod nisi ei appareret in ea forma in qua passus fuerat deferendo stigmata sue passions cum non reciperet tamquam christum quo audito dyabolus confusus discessit.

Item in vitaspatrum legitur quod cum dyabolus appareret in magna claritate et regio habitu cuidam patri dicens se christum: et ad hoc venisse. vt eum adoraret et lucrum maximum de hoc reportaret. Respondit sanctus: xpm meum semper adoro sicut ipse scit. tu aute quis es quod audiens ipse euanuit feda relinquens vestigia. Ita cuidam alteri patri apparuit in simili forma simila dicens. Et pater clausit oculos dicens. Fuge. cristum nolo hic videre sufficit michi si eum videre possum in celo. Et similiter fugit etc.

Item in quadam ciuitate fuit mulier quedam sic seducta. In cepit enim aliquando aput se cogitare quod esset digna vt dominus sibi aliquas daret visibiles consolationes. Et cum aliquando esset sola in camera de hoc cogitans visus est ei maximus fulgur in cameram suam intrare: et cum eo quidam rex pulcherrimus constipatus multitudine. xij. vel plurimorum hominum dicens ipsi horrenti quod non timeret quia erat iesus christus cum discipulis suis veniens ad consolandum ipsam. Cui cum multa blanda dixisset et multa ei promisisset si in eius amore perseueraret et ipsa hoc ei sic facturam promitteret recessit promittens quod eam sepe visitaret. Similiter in sequenti nocte venit ad eam solus sollicitans eam ad amplexus et federis commixtionem qua consentiente fecit eam iurare

ꝙ non reuelaret alicui fami
liaritatem quam ostendebat
ei plurima sibi promittens.
Tercia nocte iterum ve-
nit in speciosa forma ⁊ habi
tu post in forma militis :post
clerici:post rustici :post mo-
nachi:⁊ postea golardi.cum
autem videns se deceptā fu-
gisset ad confessionem veni
ens ad eam sequēti nocte fe
re insaniare videbatur cōmi
nans ei sed nō poterat eam
opprimere vł extinguere vt
volebat:quotiēscūqȝ autē
peccabat venialiter grauius
magis ad eam accedebat.et
magis eam terrebat quādo
autem confessus erat et con
munionem recipiebat:quod
erat ei singulare remedium
⁊ ꝯsolatio :tunc dyabolus a
lōge stabat nec accedere po
terat nec turbare vsqȝquo ī
aliquo excessisset. Hec Vin
centiꝰ in specu.vbi supra.
Item in vitaspatrū le-
gitur ꝙ apparuit cuidā san-
cto in specie celestis milicie
qui eum cum magno appa-
ratu ⁊ pompa conducebant
dicentes postea omnia ꝑfe-
cisti restat vt adores me ⁊ si
cut helyam suscipiaȝ te in ce
lum in curro igneo qui Re-
spondit habeo regeȝ meum
quem cotidie adoro tu non
es ille quo dicto tota illa mł
titudo disparuit. H
Item quidaȝ nouicius in
religione multū solicitꝰ erat
de salute sua de nocte alijs
dormientibus deuote deum
⁊ beatā virgineȝ rogauit ꝙ
ei reuelaret de matre sua de
functa in quo statu esset cre
dens ꝙ esset dignus ꝙ ei de
hoc fieret reuelatō.pro quo
cum semel sic vsqȝ ad matu-
tinum vigilasset apparuit ei
dyabolꝰ in specie beate vir-
ginis ostendēs quasi matreȝ
suā sub pallio suo dicens eaȝ
eius precibus liberatam.
Item cum scda nocte simili
ter vsqȝ ad dictam horaȝ vi-
gilasset apparuit ei in minꝰ
decenti similitudine ⁊ ad vl-
timū feda relinquens vesti-
gia cum ad turpia prouoca-
bat qui ad tantam ex hoc de
uenit vigilantiā ⁊ capitis de
bilitatem ꝙ nisi fuisset ei di-
scretorum consilio subuen-
tuȝ potuisset in anima ⁊ cor-
pore periclitari. Suo mo

do dyabolus quãdoqз trans
figurat se in speciem sancto
